

THE UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES

1970


BX4705

.A5

I4

9700


00273



EX LIBRIS
HEMETHERIO VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080016600




UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLAE
AD SANCTISSIMUM IN CHRISTO PATREM
PIUM SEXTUM
PONT. OPT. MAX.
AC SACRAM RITUUM CONGREGATIONEM.
Pro Causa Beatificationis & Canonizationis.
VEN. SERVI DEI
ANTONII MARGIL A JESU

MISSIONARI APOSTOLICI ORD. MIN. S.FRANCISCI
DE OBSERVANTIA

Trium Collegiorum de *Propaganda Fide* in America Septen.
Fundatoris: ejusdem Congregationis Missionibus
Praefecti in Indiis Occidentalibus; Sanctaeque
Inquisitionis Commissarii ..



ROMAE APUD LAZARINOS MDCCXII.

PRAESIDUM FACULTATE



Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

UNIVERSIDAD DE NUEVO LEÓN
Biblioteca Universitaria y Politécnica

40106

BX 1705

AS

TY

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

TIBI , et obsequio conjunctissima , Sa-
cris obyoluta Pedibus per supplices Lit-
teras obtestatur , et obsecrat , ut Apo-
stolicum Virum Venerabilem ANTO-
NIUM MARGIL A JESU e Seraphica
Observantium Familia Beatorum Fastis
adscribas . Hae porro Literae qui sint
recentis illius Ecclesiae erga TE , ac
beatissimam Petri Sedem amoris , et ob-
servantiae sensus , quaeque Ven. Illius
Viri Sanctitatis fama luculentissime do-
cent . Atque utinam , quam Mihi Numen
dedit , coeteris quoque Indis fortuna
contingeret , ut , non scripto , sed voce
possent devoti animi tributum impende-
re ! sese mecum una felices , ac plane
beatos praedicarent . Fateor equidem ,
ne ex uno , quo hasce Epistolas exhiben-
tem dignatus es , conspectu Tuo uber-
rimum laborum , et peregrinationis fru-

ctum esse plene cumulateque assecu-
tum . Eum vero dum repeto diem , illius
praesertim singularis , ac poene incredi-
bilis Clementiae Tuae subit animum re-
cordatio , qua me humillimum Filium ,
non modo Pedum osculo , benedictione ,
colloquio , sed Paternae item benevolen-
tiae argumentis perhumaniter excepisti .
Nec satis . Licet enim ad regendam dif-
ficillimis hisce temporibus , velut impos-
sitam humeris , Orbis Christiani molem
oblitus Tui aliis omnino vivens sollicitos
dies , vigilesque noctes pro omnium sa-
lute , ac felicitate traducas ; oblatas ta-
men Epistolas libenter accipere , acce-
ptas diu retinere , ac legere , easdemque
tandem , Sacrorum Rituum Purpuratis
Patribus exhibendas , per R. P. Carolum
Erskine Promotorem Fidei mihi restitue-
re haud es dedignatus .

Fausta haec initia parem exitum
ominantur. Tanta scilicet humanitas,
qua supplicem es complexus Ameri-
cam, me bono esse animo jubet, certo-
que sperare, eamdem voti compotem fa-
ctum iri. Id vero assequendi eo majore
spe ducor, quo majora sunt in Christia-
nam Remp. Ven. Margili*ii* promerita.
Virum enim TIBI supremo Ecclesiae
Judici sisto, qui, cum illustriorum
Evangelii Praeconum, tum praesertim
S. Francisci Solani in eodem suscipiendo
Instituto, in evertendis Idolis, in addu-
cendis ad Christum barbaris Gentibus,
in earum fuganda avita superstitione, in
fortiter subeundis pro Fide tormentis, in
ipsa denique oppetenda morte Apostoli-
cam expressit imaginem. Quemadmo-
dum itaque Benedictus Tertius decimus
ad referendum in Coelitum album Sola-

num Americae *Meridionalis* Apostolum
sese Magnatum precibus permotum suis-
se testatum reliquit; (a) sic etiam spe-
rare fas est, Te publicis hisce Magna-
tum, Sacrorum Antistitum, Civitatum,
et utriusque Cleri annuentem votis,
Margilium Americae *Septentrionalis* Apo-
stolum inter Beatos esse relaturum.

Interea vero, quum pro beneficiis
hactenus a TE collatis in ipsam Septen-
trionalem Americam, in Ven. Viri Cau-
sam, in me denique, Sociosque meos
Missionarios Apostolici Collegii *S. Ma-
riae Guadalupensis* Zacatecarum Urbis,
quorum omnium vox in mea unius voce
sita est, haud satis cumulate valeam re-
pendere gratias; illud saltem patere,
SACRATISSIME PRINCEPS, ut exi-

(a) Apud Fontanin. Cod. Canoniz. Const. CXIII. §. Postmodum

vij

miam Beneficentiam Tuam ; praesentibus non modo, verum etiam absentibus, ac posteris in aliquam grati animi significationem litterarum monumentis patefaciam. Id porro incitamento fuit cur typographicis formis memoratas evulgarem Epistolas , fere omnes augusto Tuo Nomi Majestatique dicatas , nonnullas vero Amplissimis Patribus , qui a Tuo consilio sunt, postulandae impetrandaque Ven. Antonii Beatificationis causa conscriptas .

Illud nunc reliquum est , BEATISSIME PATER, ut mihi cunctisque Gentibus illius felicitatis , qua , TE PONTIFICE , fruimur , perennitatem exoptans , Deum O. M. bonorum omnium Datorem precer, ut in Tua salute comunem tueatur , et servet .

EPI-



Franc. Manzo inv. et del.

Aless. Mochetti sculp.

EPISTOLA. I.

*Excellentissimi Pro - Regis Regiaeque
Audientiae Mexicanae :*

BEATISSIMO PADRE

L A audiencia de Mexico Capital , y Metropoli de la N. E. clama por tercera vez a la Silla Apostolica , que

BEATISSIMO PADRE

L Udienda del Messico , Capitale , e Metropoli della nuova Spagna prie ga per la terza volta la Se-

vij

miam Beneficentiam Tuam ; praesentibus non modo, verum etiam absentibus, ac posteris in aliquam grati animi significationem litterarum monumentis patefaciam. Id porro incitamento fuit cur typographicis formis memoratas evulgarem Epistolas , fere omnes augusto Tuo Nomi Majestatique dicatas , nonnullas vero Amplissimis Patribus , qui a Tuo consilio sunt, postulandae impetrandaque Ven. Antonii Beatificationis causa conscriptas .

Illud nunc reliquum est , BEATISSIME PATER, ut mihi cunctisque Gentibus illius felicitatis , qua , TE PONTIFICE , fruimur , perennitatem exoptans , Deum O. M. bonorum omnium Datorem precer, ut in Tua salute comunem tueatur , et servet .

EPI-



EPISTOLA. I.

*Excellentissimi Pro - Regis Regiaeque
Audientiae Mexicanae :*

BEATISSIMO PADRE

L A audiencia de Mexico Capital , y Metropoli de la N. E. clama por tercera vez a la Silla Apostolica , que

BEATISSIMO PADRE

L Udienda del Messico , Capitale , e Metropoli della nuova Spagna prie ga per la terza volta la Se-

EPISTOLA I.

dignamente ocupa Vuestra Beatitud por la conclusion de la Causa de Beatificacion del Ven. Siervo de Dios Fray Antonio Margil de Jesus, Missionero Apostolico, cujo renombre por sus Virtudes ha sido celebrado en este vastissimo Reyno, y por su fama notoria de Santidad, siendo por consiguiente vivissimos los deseos de todos los habitantes de estas Provincias de ver collocado a este insigne Varon en el glorioso numero de los Santos, y de que V. Beatitud les comande de consuelo en la calificacion de sus heroicas Virtudes, para venerarle en los Altares, y para que a los Neofitos, y a los Gentiles Indios, que vieren aprovar sus hechos Apostolicos, y portentos de su vida obrados en las Provincias, y distantes extremos de ellas, les sirva de exemplo para confirmarse en la Fè los unos, y reducirse a ella los otros conforme a los altos fines a

*§. 1.
Publica V. S.D. Vir-
tutum fama publico
testimonia firmata.*

*§. 2.
V. Antonii Cultus
Christianae Reipu-
blicae per quam utilis.*

de Apostolica, che degna-
mente occupa la S.V. per la
conclusione della Causa di
Beatificazione del Ven. Servo
di Dio Fr. Antonio Margil
di Gesù, Missionario Apo-
stolico, il di cui nome si è
reso celebre in questo va-
stissimo Regno per le sue
virtù, e fama nota di San-
tità; Perlochè è ardentissi-
mo il desiderio di tutti gli
abitanti di queste Provincie
di vedere collocato un Uo-
mo sì insigne nel glorioso
Catalogo de' Santi, e di ri-
cevere la consolazione dalla
S.V., stante le di lui eroi-
che Virtù, di venerarlo su
gli Altari. Mentre il vede-
re approvate le sue Aposto-
liche azioni, e portenti
della di lui vita operati in
queste Provincie, e sino
agli ultimi confini delle me-
desime, servirà d'esempio
a Neofiti per confermarsi
nella Fede; ed agli India-
ni Gentili per ridursi ad
abbracciarla; al qual alto
fine aspirò il detto exemplar-

EPISTOLA I.

que aspirò este exemplar Religioso en las escusiones, que por todas ellas hizo para la conversion de tantos Gentiles e Idolatras: Esperando esta Real Audiencia del gran celo, y paternal amor de V. B. se dignara atender a sus fervosos, humildes ruegos, con que igualmente suplica el Todo Poderoso gñe la vida de V.B. para bien Universal de la Cristiandad. Mexico 20. Abril. 1790.

*re Religioso ne lunghi viag-
gi, che fece per la conver-
sione di tanti Gentili, ed
Idolatri. Sperando questa
Regia Udienza dal gran ze-
lo, e paterno amore della
S. V., che si degnerà di
escudire le di lei umili fer-
venti suppliche, con le qua-
li similmente priega Sua Di-
vina Maestà di conservare
la S.V. per il bene univer-
sale di tutta la Cristianità.
Messico 20. Aprile 1790.*

*v. S. D. §. 3.
Apostolica*

El Conde de Revilla Gigedo.
D'. Francesco Xavier Gam-
boa.

Balthasar Ladron de Gue-
vara.

Eusebio Bent. Beleña.
Cosme de Mier y Trespa-
lacios.

Ivan Francesco de Anda.
Miguel Antonio Battaler,
y Bascos.
Joseph de Moya.
Modesto de Salcedo.

*Il Conte di Revilla Gigedo.
D'. Francesco Saverio Gam-
boa.*

*Baldassare Ladron de Gue-
vara.*

*Eusebio Ben. Beleña.
Cosimo de Mier, e Trespa-
lacios.*

*Gio. Francesco de Anda.
Michel Antonio Battaller e
Bascos.
Giuseppe de Moya.
Modesto de Salcedo.*

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA II.

*Excellentissimae Regiae Audientiae
Guatimalensis.*

SANTISSIMO PADRE

ALERE FLAMMAM

VERITATIS

LA costante fama que entre los habitadores de este Reyno se conserva de la virtud, y exemplar vida del Venerable Siervo de Dios Fr. Antonio Margil de Jesus, excita nuestra piedad a que acompañando los vivos deseos de todos los, que tienen alguna noticia de este insigne edificante Missionero, dirisamos a V.Santidad, como lo hacemos nuestras mas humildes suplicas a fin de que, supuestas la pruebas, y justificaciones necessarias para incluirle en el Catalogo de los Santos, se digna V.Beatitud de dispensar este consuelo a los, que por efecto de una creencia piadosa, y fundada en la inocencia de costumbres, as-

BEATISSIMO PADRE

LA fama costante, che fra gl' Abitanti di questo Regno si conserva della virtù, e vita esemplare del Venerabile Servo di Dio Fra Antonio Margil di Gesù eccita la nostra pietà perchè, accompagnando il vivo desiderio di tutti quelli, che hanno qualche notizia di questo insigne edificante Missionario, presentiamo alla S. V., conforme facciamo le nostre più umili suppliche, affinchè, supposte le prove, e giustificazioni necessarie per porlo nel Catalogo de' Santi, si degni la S. V. di concedere questa consolazione a quelli, che per effetto d'una pia credenza fondata nell' innocenza de costumi, asprezza, e ri-

EPISTOLA II.

pereza; y rigor de penitencia, ardiente celo del bien de las almas, humilde, continua, y fervorosa oracion con que siempre se distinguio este Siervo de Dios, y de que fueron buenos testigos los que en estas partes lograron los preciosos frutos de su predicacion, y exemplo le consideran gozando de la eterna bienaventuranza, cuya declaracion producirá tambien los augustimos espirituales efectos de la mayor honra, y gloria de la Santissima Trinidad, exaltacion de la Fede Catolica, y aumento de nuestra Religion.

Dios guarde a Vuestra Beatitud muchos años

Sala del Acuerdo de la Audiencia de Guatemala, y Abril 7. de 1790.

A. L. P. de Vuestra Beatitud susmas humildes Hisos.

Ivan Antonio de Uruñela.
Joachin Vasco.

Francesco Robledo.

Manuel de la Bodega.

gore di penitenza; zelo ardente del bene delle Anime, ed unile, continua, e fervente orazione, con cui sempre si distinse questo Servo di Dio, di che furono buoni Testimonj quelli, che raccolsero in queste parti li frutti preziosi della sua predicazione, e del suo esempio, lo considerano che goda la celeste Beatitudine dichiarazione, che parimenti produrrà effetti grandissimi spirituali per maggior onore, e gloria della Santissima Trinità, esaltazione della Fede Cattolica, ed accrescimento della nostra Religione.

Dio conservi la S. V. per molti anni.

Guatimala dalla Sala del Consiglio d' Udienda 7.

Aprile 1790.

Umiliissimi Figli, che si prostrano a piedi della S.V.
Giovanni Antonio de Uruñela.

Gioacchino Vasco.

Francesco Robledo.

Emmanuele de la Bodega:

*§. 4.
S.D. Virtutibus certa.*

EPISTOLA III.

*Excellenthissimae Regiae Audientiae
Guadalaxarensis.*

BEATISSIME PATER.

Inter tot, quos amplissimum Hispaniarum Regnum, veluti ubere pietatis segetem omni aevo tulit conspicuas sanctitate Viros, insignem certe locum obtinere Patrem Antonium Margil a Jesu Presbyterum, saeculo decimo septimo Valentiae oriundum, Seraphicae Familiae de observantia Sancti Francisci Filium, Apostolicum Missionarium in hacce America Septentrionali strictioris disciplinae Promotorem eximium, trium Collegiorum Fundatorem, atque Ex-Guardianum, et demum Missionum de Propaganda Fide toto hoc novo terrarum Orbe Praefectum recensisit muneribus decoratum conspicimus, et arbitramur.

Ipsius perpetuam ac constantem famam Sanctitatis, longe latèque per Provincias universas Chiapae, Tabcsci, Guatimalae, Mexici, Vallisoleti, et istius Civitatis Guadalaxarensis, tum dum viveret, quam post ejus obitum omnium sermone hominum pervagatam, ac certissimis fide monumentis per manus veluti traditam, solemnitate jure praescripta, testamur: Ita ut nihil eoram, quae miramur in Francisco desideremus in Antonio: qui ut tanti Parentis gener Filius Evangelicae perfectionis stadium cucurrit, ut sanctissimos mores, mirabiles virtutes omnes Beatissimi Patriar-

*V. S. D. eximia pro-
metria & Apostolica
munera.*

*Vastas Americanae Pro-
vincias V. Viri Fama
pergravit.*

EPISTOLA III.

chae Francisci, in se ipso mirifice expresserit, et perfectissimum evaserit exemplar.

Quot millaria transierit, quot dissitas Provincias lustraverit, quot aerumnas, quot labores, Apostatas inter Choles del Manchè, ac indomitos Lascandones pertulerit, etsi istarum Regionum incolas adducere possimus in testes, solus supernus Pater-Familias agnoverit, qui ita ab Adolescentia Antonii Corpus dilatavit, ut viam Domini ingressus incooperit, perfecerit, et summarit innocenter.

Istis ergo de causis permoti hujusce Novae Galliae Provinciae Praeses, Regiae insimul Cancellariae Senatores, Beatitudinis Vestrae sacros deosculantes pedes, ad Ecclesiasticorum Exemplum, Indorum salutem, fidelium aedificationem; Ad Mexici Decus Guatimalae ornamentum, Jucatanensis Provinciae splendorem, et istius Dioecesis Guadalaxarensis ornatum, et ne Deo tot fere omnium hujusce Regionis vocibus loquenti videamur aures non praebere, aequum nobis visum est ad preces Postulatoris Patris Josephi Falcon ejusdem Seraphici Instituti in Collegio Beatae Mariae de Guadalupe cooptati, sui Praelati assensu, Novae Hispaniae etiam Pro-Regis permissu iter ad Sanctam Urbem arripiens humiliter a Beatitudine Vestra deposcere, ut piis totius hujus Americae annuendo precibus, Beat. Seraphicum Virum, qui Dei Gloriam quae- sivit, Ecclesiam Americanam virtutibus praelaris, et signis exornavit, Indorum reductionem promovit, et nobis gloria vestigia imitanda reliquit: Quamobrem in votis omnium est, Bñe Pater, ut tanto viro, Sanctitas Vestra supremos in terris honores Apostolica authoritate decernat.

*§. 7.
Evangelica vocis do-
migit Gentes barba-
ras, ac fere innume-
rabilitas.*

*§. 8.
V. S. D. Beatificatio
Americanæ prefutura.*

8 EPISTOLA III.

Deum Trinum , et Unum demisse , Pater Sancte , p̄eacem , ut Beatitudinem Vestram ad optatum Ecclesiae levamen custodire dignetur incolumen .

Data in Aula Senatoria Guadalaxarensi die duodecima Mensis Februarij , Anno Domini Millesimo , Septingentesimo , Nonagesimo .

ALERE FLAMMAM
Sanctitatis Vestrae humillimi Filii .

Antonius de Villa Urrutia .

Emanuel Josephus de Urrutia .

Emanuel Sylvester a Martinez .

Martinus Josephus Santos Dominquez .

Franciscus Raphael a Monserrate .

Pro mandato hujus Regiae Cancellariae novae
Galleciae .

Josephus Ramon Matheos Secretarius .

VI EPISTOLA IV.

Rm̄i Archiepiscopi Mexicanii inscripta ad
Sacror. Rituum Congregationem uti ab
eadem Delegati ad construendam
Apostolicā Inquisitionem super
Virtutibus, & Miraculis V.S.D.

EMOS SENORES

EMI SIGNORI

LA fama de Santidad de vida , virtudes , y Milagros del V. Padre Margil es comun , y general en todo esto Reyno , y es tan grande , que todas las Gentes le tienen como a un verdadero Siervo de Dios , y aunque han pasado tantos años desde su fallecimiento , no se ha disminuido el gran concepto , que todos tienen de sus virtudes , y Milagros por lo que ruego encarecidamente a V. Em.^{cias} por mi , y a nombre de todos los Naturales de este Reyno , que en uso de su

LA Fama di Santità di vita , Virtù , e Miracoli del Ven. Padre Margil è commune , e generale in tutto questo Regno , ed è sì grande , che tutte le Persone lo tengono per un vero Servo di Dio , e sebene siano passati tanti anni dalla sua morte , non si è punto diminuito il gran concetto , che ciascuno fa delle di lui Virtù e Miracoli . Perlonche priego con ogniscalore la Pubblica Vota pro deterruendo Cripta V.S. l'Efē Vostre a nome anche D. de' Nazionali di questo Regno , che facendo uso della loro nota bontà , e re-

B

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

10 EPISTOLA IV.

notoria bondad, y piedad
se dignen attender esta
Causa con tanta benigni-
dad, que logremos todos a
particular consuelo de ado-
rar en los Altares, al que
ahora tenemos por un ver-
dadero Siervo de Dios, por-
que me persuado que esto
puede ceder en su mayor
culto, y gloria.

Quedo con el mayor re-
speto a la disposicion de V.
Em.^{cis}, y ruego a Dios,
que en la mayor felicidad la
guarde muchos años. Me-
xico 9. de Septiembre de
1782.

Eños Señores
B. L. M. de V. Emin. su mas
rendido Serv. y Cap.
Alonzo Arzobispo de Me-
xico.

Eños Señores Prefecto, y
demas Padres de la Sa-
grada Congregacion de
Ritos.

*ligione, si degnino d'accu-
dere a questa Causa beni-
gnamente, ed in maniera,
che tutti possiamo ottenere
la special consolazione di
venerare su gli Altari quel-
lo, che presentemente te-
niamo per un vero Servo di
Dio, persuadendomi, che que-
sto possa giovare al mag-
gior culto, e gloria del me-
desimo.*

*Resto con ogni rispetto,
ed ossequio all' obbedienza
dell' Ème Vostre, e prego
il Signore, che le conservi
felicemente per molti an-
ni. Messico 9. Settembre
1782.*

*Eminentissimi Signori.
Bagio le mani dell' Ème V.
Ufficio, e Devño Servito-
re, e Cappellano.*

*Alfonso Arcivescovo del
Messico.*

*Elli Signori Prefetto, ed
altri Padri della Sagra
Congregazione de Riti.*

11 EPISTOLA V.

Rmni Episcopi Guadalaxarensis

BEATISSIME PATER.

EX delatis Viris eximiis, qui praeclaris Vitae me-
ritis praefulerunt, supremis honoribus, quantum res
Christianæ emolumenti acceperit, satis superque ostendit Ecclesia ipsa, quae ab exordio suo eosdem imitan-
dos simul, ac venerandos proposuit. Pia haec sa-
piensque Mater lucernas, non quidem sub modio ab-
scondit, sed omnibus heic per offusas Saeculi tenebras
degentibus aeternitatis viam ostensuras ponit super
candelabrum. Id tamen quamquam in omnibus Sanctis
exploratissimum sit; sunt quidem ex eis quampiamini,
quorum sanctitatis gloria certa quadam ratione cultus
que eisdem exhibitus jure quodam, ac merito in com-
mune Religionis bonum potissimum eveniant: ii nimi-
rum, qui in plantanda, excolenda, amplificandaque
fide, per se, ac socios dum vita potirentur, per suos
que post funera filios operam omnem contulerunt.
Quod ita factum esse, ac praeclarissime a Venerabili
Dei Servo Fratre Antonio Margil a Jesu ex Minoribus,
ut vocant de Observantia, Ego ipse, qui in confi-
ciendis Apostolica authoritate processibus per octo
continuos annos adlaboravi: qui jam dudum populo-
rum sensa intellexeram: qui Antonii nomen inquit
sine laude audiveram: qui praeclarum, ingensque opus
ab eo incepit, ingentique fructu continuatum di-
latandae inter Indos septentrionalis plagae religionis,

§. 10.
De Religione bene-
meritis religioso Cul-
tu honorandis.

§. 11.
Præclarus Signi An-
tontis testimoniū
de auctor apud Indos
per Antonium Reli-
gionis.

B 2

UNIVERSIDAD NACIONAL
DE MEXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

22 EPISTOLA V.

nunc in remotissimos terrae tractus , qua nempe veteri novus hic orbis proximus accedit protractum video : qui oivilis quondam mei , antequam authoritate Apostolica recentes Diaeceses ex Guadalaxarensis istius partitione crearentur , profectum quasi manibus contrectavi ; quod quidem tam expetendum bonum , veluti ab eo deductum principio , per ejusdem instituti filios , de facili continuandum , delineatum , ac magna ex parte consequutum , jam tum Venerabilis Viri cura , zelo , et diligentia norunt omnes ; amens essēm , nisi cognoscerem , ac nisi faterer ingratus .

Collectis propterea , BEATISSIME PATER , quae in Episcopo jam aetate consecuto supersunt , viribus hoc a te enixis precibus , et qua animi possum demissione exoro , ut tantum , tamque praestantem virum inter Beatos digneris recensere . Id universi Ordines exoptant , votaque sua per me depromunt Vestrae Sanctitati deferenda . Id a finibus terrae operi , ac sudori suo quammaxime profuturum clamitant Missionarii . Id §. 12. remotissimi , sed Romanae Sedis observantissimi efflagitant Populi , ut quod , auspice Deo , magnae molis opus adducendi in Ecclesiam Indorum Gentes a Viro optimo aggressum est , tandem aliquando his delatis praeceps Missionario , Missionariorumque , istorum Parenti , uti speramus futurum , honoribus , progrediatur feliciter , feliciusque absolvatur : Mihiique Episcoporum minimo Apostolicae benedictionis dignare gratiam impertire . Interea D.O.M. deprecor ut Beatitudinem vestram diutissime servet . Guadalaxarae in Indiis Occidentalibus postridie Non. Januarii anno Domini MDCCXC .

BEATISSIME PATER

Fr. Antonius Alcalde Episcopus Guadalaxaren-

13 EPISTOLA VI.

R̄ni Episcopi Durangensis .

BEATISSIME PATER .

D Urangensis Ecclesia in Indiis Occidentalibus cum sua Metropoli Mexicana , caeterisque Suffraganeis , Viri pij , docti homines omnes , et generale fidelium , et commune Populorum votum , olim repetitis votis , ac fusis precibus SANCTITATI TUÆ , BEATISSIME PATER , humiliter postulavit pro Beatificationis Causa Viri eximii doctrina , pietate , ac Religione , coeterisque rebus gestis clarissimi Fratris Antonii Margili a Sancto nomine Jesu Ordinis Sancti Francisci Minoris Observantiae : his fidelium votis Sanctitas tua benignissime annuit .

Spes quae disertur (BEATISSIME PATER) affligit animam : Constans et perpetua Servi Dei Sanctitatis fama quotidie crescit in Nova Hispania : Urget Populorum clamor , Ecclesiarum vehemens desiderium : his augetur spes , et crescit afflictio , immo et affectio . Populus unusquisque suum quemque Pastorem excitat , invitat , et Religione plenus pro Beatificatione festinat . Fideles omnes suos interpellant Episcopes , et me , Durangenses dupli titulo : pro Episcopali presenti Sede , et pro praeterita Nicaraguensi , ubi praefatus Dei Servus amplius omnibus laboravit : Decem et septem Ecclesias in Talamanca erexit , populos sacro baptimate lustravit , Hospitia Religiosorum construxit , et tan-

§. 13.
Pro celando Margilio incensa Populorum studia , atque Vera .

§. 14.
Antistititis dupli titulo V. Antonio juncti , ad implorandum Illas Cuitas duplex impulsus .

22 EPISTOLA V.

nunc in remotissimos terrae tractus , qua nempe veteri novus hic orbis proximus accedit protractum video : qui oivilis quondam mei , antequam authoritate Apostolica recentes Diaeceses ex Guadalaxarensis istius partitione crearentur , profectum quasi manibus contractavi ; quod quidem tam expetendum bonum , veluti ab eo deductum principio , per ejusdem instituti filios , de facili continuandum , delineatum , ac magna ex parte consequutum , jam tum Venerabilis Viri cura , zelo , et diligentia norunt omnes ; amens essēm , nisi cognoscerem , ac nisi faterer ingratus .

Collectis propterea , BEATISSIME PATER , quae in Episcopo jam aetate consecuto supersunt , viribus hoc a te enixis precibus , et qua animi possum demissione exoro , ut tantum , tamque praestantem virum inter Beatos digneris recensere . Id universi Ordines exoptant , votaque sua per me depromunt Vestrae Sanctitati deferenda . Id a finibus terrae operi , ac sudori suo quammaxime profuturum clamitant Missionarii . Id §. 12. remotissimi , sed Romanae Sedis observantissimi efflagitant Populi , ut quod , auspice Deo , magnae molis opus adducendi in Ecclesiam Indorum Gentes a Viro optimo aggressum est , tandem aliquando his delatis praeceps Missionario , Missionariorumque , istorum Parenti , uti speramus futurum , honoribus , progredivit feliciter , feliciusque absolvatur : Mihiique Episcoporum minimo Apostolicae benedictionis dignare gratiam impertire . Interea D.O.M. deprecor ut Beatitudinem vestram diutissime servet . Guadalaxarae in Indiis Occidentalibus postridie Non. Januarii anno Domini MDCCXC .

BEATISSIME PATER

Fr. Antonius Alcalde Episcopus Guadalaxaren-

13 EPISTOLA VI.

R̄ni Episcopi Durangensis .

BEATISSIME PATER .

D Urangensis Ecclesia in Indiis Occidentalibus cum sua Metropoli Mexicana , caeterisque Suffraganeis , Viri pij , docti homines omnes , et generale fidelium , et commune Populorum votum , olim repetitis votis , ac fusis precibus SANCTITATI TUÆ , BEATISSIME PATER , humiliter postulavit pro Beatificationis Causa Viri eximii doctrina , pietate , ac Religione , coeterisque rebus gestis clarissimi Fratris Antonii Margili a Sancto nomine Jesu Ordinis Sancti Francisci Minoris Observantiae : his fidelium votis Sanctitas tua benignissime annuit .

Spes quae disertur (BEATISSIME PATER) affligit animam : Constans et perpetua Servi Dei Sanctitatis fama quotidie crescit in Nova Hispania : Urget Populorum clamor , Ecclesiarum vehemens desiderium : his augetur spes , et crescit afflictio , immo et affectio . Populus unusquisque suum quemque Pastorem excitat , invitat , et Religione plenus pro Beatificatione festinat . Fideles omnes suos interpellant Episcopes , et me , Durangenses dupli titulo : pro Episcopali presenti Sede , et pro praeterita Nicaraguensi , ubi praefatus Dei Servus amplius omnibus laboravit : Decem et septem Ecclesias in Talamanca erexit , populos sacro baptimate iustravit , Hospitia Religiosorum construxit , et tan-

§. 13.
Pro celando Margilio incensa Populorum studia , atque Vera .

§. 14.
Antistititis dupli titulo V. Antonio juncti , ad implorandum Illas Cuitas duplex impulsus .

14 EPISTOLA VI.

quam alias Apostolus Indiae occidentalis , fidem plan-
tavit , sudore proprio rigavit , et usque adhuc Deus
incrementum dedit .

Jure merito me Pastorem suum duplex Catholico-
rum urget ovile : Ambo petunt , et pro Beatificatione
laborant ambo . Hac de causa (BEATISSIME PATER)
SANCTITATI TUÆ molestus esse debet Episcopus
Durangensis , et Nicaraguensis , dupliciter , humiliter
tamen , petens hujus Causae Beatificationis Servi Dei
prosecutionem , declarationem , et ultimo Canoniza-
tionem .

Insuper a Sanctitate tua enixe petit Episcopus
Durangensis Pontificalem benedictionem , qua imbu-
tus , et quasi oleo Catholicae Ecclesiae delibutus suum
possit utiliter adimplere Pastorale ministerium . Datum
in Civitate Durangensi , nostra manu subscriptum ,
Sigillo magno roboratum , et nostrae Camerae Secre-
tariorum fide rescriptum ; Die vigesima prima mensis Octo-
bris anni Domini millesimi Septingentesimi octogesi-
mi noni .

BEATISSIME PATER

Stephanus Laurentius Episcopus Durangensis .

Loco * Sigilli .

De mandato Illñi Dñi mei Episcopi .

Julianus Moreno Secretarius .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉJICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

15 EPISTOLA VII.

Rm̄i Episcopi Nicaraguensis

S̄mo D. N. PIO SEXTO

Vigilantissimo Ortodoxi Gregis Pastori ,
Universali Ecclesiasticae Hierarchiae
Principi Supremo ec. ec.

BEATISSIME PATER .

Pro clarissimi Viri , Venerabilis nempe Dei Servi
Fratri Antonii de Margil a Jesu Missionarii Apostolici
Beatificatione , insuper et Canonizatione hodiernæ ac
postulaturus , non alias res gestas suas , praeclara fa-
cinora , insigniaque propemodum facta recensebo , nisi
quae in hac Diaecesi Nicaraguensi , cuius ad clavum
sedeo , demiranda patravit . Verum enim vero tanta
nobis praestitit charitatis , religionis , zeli , cacterarum
que virtutum monumenta , ut quanta qualiave fuerint
ea , quae egit , longum nimis esset enarrare . Quapropter
brevitati consulens , illa dumtaxat seligenda duxi
quae ad tanti Viri qualem qualem ideam efformandam
sufficerent . Etenim , ut ad Populos vulgo dictos Mata-
galpa , Solingalpa , Molaguina , Ninotega , et Muñui
hujusce Legionensis ditionis pervenit , illis ad eos ,
velut alter Paulus dictitavit . Nox praecessit ; dies autem
appropinquavit : abjiciamus ergo opera tenebrarum , et in-
duamur arma lucis , sicut in die honeste ambulemus . Nox

§. 15.
Gentes per V.S.D. ad
Christum adductas .

®

16 EPISTOLA VII.

§. 16.
Crudeles Idolatri-
stum mores.

§. 17.
Atra illius Orbis
facies ab Antonio
imperata.

quidem, et perquam formidanda praecessit, nox profecto, si non infidelitatis, infidentiae saltem prorsus execrandae. Indigenae siquidem illi filii Belial, quamvis faterentur se nosse Deum; factis autem eum negabant: factis, quibus Idolis in Spelunca quadam asservatis cultum adhibebant; factis, quibus non cultum modo, verum et (quod horrendum dictu est) octo eis homines per singulas hebdomadas infelices victimas immolabant, quarum carnes ipsimet sacrificuli, humanitatis expertes, veluti caprinas, degustabant; factis, denique quibus ad explendam inauditam libidinem variarum bestiarum pellibus amicti, daemonibus similiiter indutis, sive incubis, sive succubis turpissime quidem miscebantur. Sed (Bone Deus) ad conspectum hujusce praeclarissimi Evangelici solis tanta nox praessit, tantae Egyptiacae tenebrae dissipatae sunt, et dies salutis, dies gratiae appropinquavit: abiecerunt ergo, abjecerunt tanta opera tenebrarum, et procul amandantes foedissima illa carnis, induerunt sibi arma luce non jam impudicitii, sed sicut in die honeste ambulantes.

Verum non ii solummodo Populi, sed et alii, qui similiter in tenebris, et in umbra mortis sedebant, illuminati sunt, hujusque radiis frui potuere, nec enim est, qui se abscondat a calore ejus. In Talamanca Populo a predictis remotissimo, domuit gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis propinquorum infinitas. Ut omnes tamen Christo lucifaceret, omnia detrimentum fecit, et arbitratus est ut stercora, omnia quippe, vel semetipsum, cuius animam innumeris periculis, insidiisve, cum martirii cupi-

17 EPISTOLA VII.

§. 18.
Vestigiorum Marty-
rum imitatio con-
stantia parla meruit
obirent pericula.

cupidissimus esset, exposuit. Stipiti namque, ut fertur, alligatus, et circumquaque rogi accensis, ut in cineres redigeretur, cum ad quatuor supra viginti horas in hoc perstitisset agone, et per id temporis barbari incendium alere non cessassent, non tetigit omnino ignis, nec contrastavit, in Schola charitatis edocens, ut alter Joannes de Deo, segniorem in eum fuisse ignem, qui foris userat, quam qui intus accenderat: *Confitebor tibi Domine Rex, (poterat jure quidem optimo noster Antonius cum Ecclesiastico decantare) quoniam liberasti corpus meum. a praessura flammæ, quae circumdedit me, et in medio ignis non sum aestuatus: Ad eorum alibi provolutus pedes, tribus diebus, et tribus noctibus, ferocem ictum jam jam, ut alter Isac, excepturus, ab hoc pene interitu, et imminenti exitio fuit, non sine magno prodigo, vindicatus. Venenum ei multoties propinarunt, sed irrito conatu, dicente Domino in Evangelio, si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.*

Ob haec et alia, quae silentio tacitus pretermitto, intret postulatio mea in conspectu tuo, BEATISSIME PATER, inclina aurem tuam ad precem meam, ut quem videlicet tota haec America Septentrionalis uti *Apostolum* veneratur, ad laudem Omnipotentis Dei, et Religionis argumentum, Sanctorum fastis adscribas. Datum in Civitate Legionensi in Indiis occidentalibus, die vigesimatertia Januarii, Anno Domini millesimo, septingentesimo, Nonagesimo.

BEATISSIME PATER

Vestrae Sanctitatis humillimus Servus
Joannes Felix Episcopus de Nicaragua.

C

EPISTOLA VIII.

Rmni Capituli Metropolitanae Ecclesiae
Valentiae Edetanorum.

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI,
ET DOMINO NOSTRO DOMINO

P I O
DIVINA PROVIDENTIA
P A P A E S E X T O .

Valentinum Canonicorum Collegium post multos
Pontificatus annos aeternam cum
Christo societatem.

BEATISSIME PATER.

§. 19. ANTONIUS MARGIL A JESU, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Sacerdos Professus, ea fuit morum sanctitate, et miraculorum fama, ut omnes in admirationem sui, dum viveret, rapuerit; qua propter crebrescente post obitum ias dies tanti viri memoria, et claritudine, ad spem erecti sumus, fore aliquando, ut inter Sanctos Universae Ecclesiae colendos numeraretur, eo prae-
summi Regnantis
Pontificis eximia Cle-
mentia a Valentiniis
celebrata.

§. 20. De acceptis ab Eodem
Beneficiis grata Ci-
vium recordatio.

Libenter enim commemoramus Beatificationes
Civium nostrorum Nicolai Factoris, et Gasparis de Bo-

EPISTOLA VIII.

no, a SANCTITATE VESTRA peractas, et quod novissime super Venerabilis Servi Dei *Joannis a Ribera* Archiepiscopi nostri Virtutibus, Dignationis Vestrae Oraculum declaravit, silentio praeterire non possumus.

Haec, Pater Sancte, dant Nobis fiduciam, ut Venerabilis Servi Dei *Antonii Margil* BEATITUDINI VESTRAE caussam de meliori nota commendemus. Nam Valentiae natus, altus, et educatus, postquam exempla Nobis virtutum eximia dedit, ad extremos usque Indos, promulgandi Evangelii zelo accensus commigravit, apud quos quadraginta quinque, et amplius annos, omnia omnibus factus, vixit, moriensque ingens sui desiderium reliquit.

In causa haec sunt, BEATISSIME PATER, cur officii nostri rationibus ducti, necesse habemus Venerationi Vestrae preces humillimas offerre, quibus demississime petimus, ut post Sedi Apostolicae probata Servi Dei heroica virtutum exempla, Beatorum albo PIETAS VESTRA EUM adscribere dignetur; quod de benignitate SANCTITATIS VESTRAE speramus.

Interea, dum Vota pro incolumitate BEATITUDIS VESTRAE DEO OPTIMO MAXIMO nuncupamus, sanctos pedes humillime deosculantes, Apostolicam benedictionem deprecamur.

Valentiae Edetanorum in ipso Ecclesiae Metropolitanae Capitulo, postridie Idus Majas, Anno MDCCIXC.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae pedibus provoluti
Devotissimi, et obsequentissimi Famuli
Canonici Valentini.

§. 21.
Pratterita beneficia
novum implorantibus
pollicentur.

20 EPISTOLA VIII.

Pro Capitulo, et Canonicis almae Ecclesiae Valentinae

Franciscus Cebrian et Valda


Vincentius Maria Carrillo, et Majoral

Vincentius Garro

Antonius Roca

Loco * Sigilli.

De mandato dictorum Capituli, et Canonicorum
Vincentius Sanjuan Vice-Secretarius.



21 EPISTOLA IX.

Rm̄i Capituli Metropolitāne Ecclesiae
Guatimalensis.

BEATISSIME PATER:

E Xpleto tandem Processu, in quo per plures annos auctoritate Apostolica actum est de vita, virtutibus, ac miraculis Ven. Servi Dei Antonii Margil a Jesu Missionarii Apostolici Ordinis Minorum de Observantia, quid superest, BEATISSIME PATER, nisi ut manus Beatificationis Causae imponatur, honoresque sacri decernantur Viro optimè de religione merito, egregiisque virtutibus exornato? Ille siquidem Apostolico no fatus, septemtrionalem pene totam nudis pedibus perlustravit Americam, ut Catholicam fidem apud barbaras nationes disseminaret, sedentibusque in tenebris, et umbra mortis oriretur lux vera, ac idolatria plurimis in locis exterminata, veri luminis claritas splendesceret. Labores pertulit quamplurimos, nullisque pepercit incommodis, ut religionem stabiliret, et Christianum nomen rudioribus gentibus inferret. Atque ut tanti operis fructus perpetuò extarent, et Dei cultus augeretur in dies, diversa funditus erexit Collegia, in quibus plurimi apostolico muneri mancipati, quae ipse pro Dei gloria, et animarum salute incepit, peragant, et perficiant. Quapropter Capitulum Metropolitanae Ecclesiae Guatimalensis ad VESTRAE SANCTITATIS pedes supplex exposcit, ut in re

§. 22.
Apostolica V. S. D.
geata.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE JALISCO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

22 EPISTOLA IX.

tanti ponderis suam erga sacram Sedem reverentiam
benigne dignetur aspicere. Interim Deum immortalem
exoramus, ut et SANCTITATEM VESTRAM inco-
lumen servet, et decorem Sedi Apostolicae afferat per-
quam maximum.

Guatimalae die XXIX. Aprilis labentis Anni
MDCCXC.

VERITATIS FLAMMAM

Joannes Josephus de Batres Decanus.

Antonius Idelphunsus Cortes.

Joannes Antonius Dighero.

Joannes de Deo Ivarros.

Ignatius Fernandez Alvarez.

Isidorus de Sicilia Poenitentiarius.

Ambrosius a Llano.

Antonius Carbonel.

23 EPISTOLA X.

Reverendissimi Capituli Cathedralis
Ecclesiae Guadalaxarensis.

BEATISSIME PATER.

Q Uod excellentium virorum Sanctitas ab Apostoli-
ca Sede declaretur, ut ipsis gloriosum, Deo-
que perhonorificum, ita etiam Ecclesiae Catholicae
utilissimum esse, nemo est, qui nesciat. Sed hoc
potissimum, BEATISSIME PATER, in hac sene-
scentis mundi aetate, in qua serpentibus erroribus,
frigescente charitate, et abundante malitia, Dei Om-
nipotentis manus, quae tumenti criminum alluvie ab-
breviata non est, illustriora interdum exempla eligitur,
ut vel justus vincat cum judicaverit, aut in me-
liorem sensum perversorum hominum corda convertat.
Atque id omne, quod certe maximum est, ex deside-
rato jam pridem, si is tandem Fratri Antonio Margil &
Jesu deferatur, beatificationis honore futurum non du-
bitamus. Iste quidem Ven. Vir in his occidentalibus
Indiis, quod nempe stadium singulari Dei providen-
tia, indigenarumque pene incredibili bono percurren-
dum suscepit, amplificandae inter fideles religioni, ac
pietati; exterminandae inter infideles irreligiosae con-
suetudini, plantandae, atque excolendae fidei, dum
viveret incumbens, per immensos hosce terram tra-
ctus virtutum passim reliquit insignia, Sanctitatisque
in dies precrebescensem opinionem. Ut itaque Hethe-
rodoxis, impiisque hominibus rubori, ac confusione;

§. 23.
Confutandis Seculi
erroribus Christiani
huiusce Heretici trium-
bus accommodatus.

§. 23.
Publicus P. Antonii
triumphus confundet
Heterodoxos: Ortho-
doxos reborat in
Fide.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA X.

ita è regione Orthodoxis , piisque omnibus gloriae , prae-
sidio , exemplo , ac demum robori lux ejus quam-
maxime splendescet . Sed quanto ardore , ac studio
Apostolico muneri adducendae in Ecclesiam Gentilium
propemodum infinitae Indorum multitudinis Missiona-
rii Viri accingentur , si communein dacem , ac Paren-
tem inter Coelites recenseri videant , quantaque fruge ,
de his quae ipse primum inter lacrymas quondam semi-
nauerat , onusti , veluti a longe Neophytis circumda-
ti venientes , per ea quae lustravit itinera , quanto-
que gaudio revertentur , ut explicare non possumus ,
ita omnino futurum non ambigimus . Pia itaque vota
populorum , omniumque ordinum desideria in id con-
tendunt , ut dies tandem auspicatissima , quae Chri-
stianae Reipublicae bono a supremae Sedis judicio splen-
dorosum accipiet , illucescat : id optant , expectant , effla-
gitant . Annue igitur BEATISSIME PATER , popu-
lorum , quorum profectui pertransiit Ven. Antonius be-
nefaciendo , studiis . Tuis provolutum pedibus Eccle-
siae Guadalaxarensis Capitulum orat , obsecratque hu-
mileriter : annue votis nostris , eo certe ferventioribus ,
quod penitus cum maximam in conficiendis processi-
bus partem habuerimus , eximii viri virtutes , merita ,
signaque noverimus : Apostolicaque benignitate bene-
dictionis gratiam elargire . Guadalaxarae in nova Gal-
lecia postridie Non. Januarij anno Domini MDCCXC .

BEATITUDINIS VESTRÆ .

Anillimi , ac Devotissimi Servi .

Salvator Rocha Decanus .

Emmanuel Fuente Canonicus .

Josephus a Lava Portionarius .

Franciscus Morales Semiportionarius .

EPISTOLA XI.

*Reverendissimi Capituli Cathedralis
Ecclesiae Durangensis .*

BEATISSIME PATER .

Constans illa , atque perpetua Religiosissimi Vi-
tri , ac memoratu dignissimi Servi Dei P. Fr. Antonii
Margilii a Sancto nomine Jesu , Ordinis Beati Francisci
praecolla fama Virtutis , ac Sanctitatis cunctis notissi-
ma in Indiis Occidentalibus nostrum quondam , seu
verius Vestrum Capitulum Durangense PATER OPTI-
ME , una cum aliis Americanae nostrae septentrionalis
ordinibus Ecclesiasticis exarsit , impulitque , ut a Ve-
stra Sancta Sede Causam ipsius Beatificationis humil-
iter postularet , eo felicissimo eventu , ut votis nostris
annueret SANCTITAS VESTRA .

Felicem hunc diem beatificationis (quo nullus
eerte jucundior Americanis fait naquam aut esse poter-
it) patienter expectaremus , donec tandem aliquando
DEO OPT. MAX. afflante , nec non SANCTITATE
VESTRA , gravissimis semper curis , ac negotiis oc-
cupata , potente , volenteque , optata illa lux mortali-
bus illucesceret ; nisi nos ex una parte diu , noctu-
que urgeret amor in Virum hunc de Christiana Ameri-
cana Republica optime meritum , illudque nobis ex alia
continuo instaret , non tam a Joanne Christi discipu-
lo dictum , quam a VESTRA SANCTITATE in Cau-
sa nostra , nimirum , petite , et accipietis , querite , et
invenietis , pulsate , et aperietur vobis .

D

EPISTOLA X.

ita è regione Orthodoxis , piisque omnibus gloriae , praesidio , exemplo , ac demum robori lux ejus quam maxime splendescet . Sed quanto ardore , ac studio Apostolico muneri adducendae in Ecclesiam Gentilium propemodum infinitae Indorum multitudinis Missionarii Viri accingentur , si communein dacem , ac Parentem inter Coelites recenseri videant , quantaque fruge , de his quae ipse primum inter lacrymas quondam semi naverat , onusti , veluti a longe Neophytis circumdati venientes , per ea quae lustravit itinera , quantoque gaudio revertentur , ut explicare non possumus , ita omnino futurum non ambigimus . Pia itaque vota populorum , omniumque ordinum desideria in id contendunt , ut dies tandem auspicatissima , quae Christianae Reipublicae bono a supremae Sedis judicio splendorum accipiet , illucescat : id optant , expectant , efflagitant . Annue igitur BEATISSIME PATER , populorum , quorum profectui pertransiit Ven. Antonius benefaciendo , studiis . Tuis provolutum pedibus Ecclesiae Guadalaxarensis Capitulum orat , obsecratque humiliter : annue votis nostris , eo certe ferventioribus , quod penitus cum maximam in conficiendis processibus partem habuerimus , eximii viri virtutes , merita , signaque noverimus : Apostolicaque benignitate benedictionis gratiam elargire . Guadalaxarae in nova Galicia postridie Non. Januarij anno Domini MDCCXC .

BEATITUDINIS VESTRÆ .

Amillimi , ac Devotissimi Servi .

Salvator Rocha Decanus .

Emmanuel Fuente Canonicus .

Josephus a Lava Portionarius .

Franciscus Morales Semiportionarius .

EPISTOLA XI.

*Reverendissimi Capituli Cathedralis
Ecclesiae Durangensis .*

BEATISSIME PATER .

Constans illa , atque perpetua Religiosissimi Viri , ac memoratu dignissimi Servi Dei P. Fr. Antonii Margilii a Sancto nomine Jesu , Ordinis Beati Francisci praeclara fama Virtutis , ac Sanctitatis cunctis notissima in Indiis Occidentalibus nostrum quondam , seu verius Vestrum Capitulum Durangense PATER OPTIME , una cum aliis Americanae nostrae septentrionalis ordinibus Ecclesiasticis exarsit , impulitque , ut a Vesta Sancta Sede Causam ipsius Beatificationis humiliter postularet , eo felicissimo eventu , ut votis nostris annueret SANCTITAS VESTRA .

Felicem hunc diem beatificationis (quo nullus eerte jucundior Americanis fait naquam aut esse poterit) patienter expectaremus , donec tandem aliquando DEO OPT. MAX. afflante , nec non SANCTITATE VESTRA , gravissimis semper curis , ac negotiis occupata , potente , volenteque , optata illa lux mortali bus illucesceret ; nisi nos ex una parte diu , nocturne urgeret amor in Virum hunc de Christiana Americana Republica optime meritum , illudque nobis ex alia continuo instaret , non tam a Joanne Christi Accipulo dictum , quam a VESTRA SANCTITATE in Causa nostra , nimirum , petite , et accipietis , querite , et inventetis , pulsate , et aperietur vobis .

D

EPISTOLA XI.

*In dorso quisque v.
Autem cultum certatim avet.*

Equis enim aequo, immotoque animo ferat,
OPTIME PATER, piorum virorum, fideliumque
utriusque sexus nobilium, et ignobilium, diurnos cla-
mores audire pro Benefactoris Causa prosequenda, at-
que finienda: immo etiam oppidula Americana, tem-
pla, suggesta, Religiosorum Hospitia, aliaque hu-
jusmodi loca istius Viri Religiosi, doctrina quidem
eximii, atque pietate conspicui, sudoribus irrigata,
illud ipsum exigentia: quin ad pedes Sanctae Sedis
provolutus Causae hujus prosecutionem, et optatam
conclusionem impetrat, oret, efflagitet?

His ergo fidelium omnium Americanorum votis,
ut annas **OPT. PATER**, donec tandem Sanctorum
fastis adscriptus Vir hic eximus laborum suorum in
terrīs proemium accipiat cultu illo debito Sanctis in Coe-
lo cum Deo regnantibus, flexis poplitibus orat Capitulū
Durangense, immo quod singulis ejus membris
infra expresse nominandis Apostolicam Benedictionem
benignissime impartiaris. Datum in Aula nostra Ca-
pitulari, nostris manibus, atque sigillo subscriptum,
et Secretarii fide roboratum, die vigesima prima men-
sis Octobris anni Domini millesimi, septingentesimi,
octogesimi noni.

BEATISSIME PATER.

Loco * Sigilli.

Antonius Sanchez Manzanera.

Raymundus a Sotomajor.

Josephus Joachimus a Valdesio.

Petrus Gamez.

Bartholomaeus Antiveros.

Josephus Martinus Flores.

Franciscus Xaverius Paez, et Gusman Secretarius.

EPISTOLA XII.

*Reverendissimi Capituli Cathedralis
Ecclesiae Comajaquensis.*

SANCTISSIME PATER.

Cum jam pridem, per annorum videlicet quin-
decim spatium, authoritate Sedis Romanae tractaverit
Curia Metropolitica Guathemalensis super Virtutibus,
et spiritualibus charismatibus, super miraculisque in
specie V. F. Antonii Margil a Jesu, Ordinis Minorum,
Regularis observantiae Missionarii Apostolici; Vi-
dimus sanè similem Causam (Deo auspice) poenitus
conclusam, non modo Guatimalae, verum etiam Me-
xici, Guadalaxarae, et Zacaetcae, quibus in parti-
bus praefatus Servus Dei mirabiliter floruit, tum mis-
sionando inter Fideles; tum etiam per aspera montium
inter infideles disseminando Evangelium. Quapropter
Capitulum Dioecesis Comajaquensis ad SANCTITATIS VESTRÆ pedes submissæ provolutum humiles,
supplicesque effundit preces; ut quae ad Beatificatio-
nis Causam ipsius attinent, feliciter pertinetentur,
quaeque de more peragenda sunt, peragantur quam
citissime. Haec enim, Te decernente, et sanctimo-
niae studium, et aemulationem, et erga Romanam
Sedem reverentiam, Deique cultum apud omnes gentes
augebunt. Nos vero assiduis precibus Divinam exora-
mus Clementiam, ut Beatitudinem Vestram incolu-
mem, Apostolicamque Sedem sartam tectam conser-
vemus.

*V. S. D. ad Aras pro-
merito quanti future
sit emolumenit.*

28

EPISTOLA XII.

vet ad Omnipotentis Dei gloriam , et Christiani nominis fulcimentum . Datis Comajaguae undecimo Kalendarum Novembris anno Domini MDCCLXXXVII.

SANCTISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae lunato poplite submisse
deosculantur pedes .


Josephus Linus de Milla Decanus .

Antonius Josephus Arriaga Archidiaconus .

Augustinus de Medina , et Valderas Cantor .

Josephus Benedictus de Casseres et Gusman Thesaurarius .

D. Marianus Aguado , et Olivares Canonicus Doctoralis .



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

29

EPISTOLA XIII.

Alia Reverendissimi Capituli Cathedralis Ecclesiae Comajaguensis ad S. R. C.

EMINENTISSIMI DOMINI.

Quoniam summa ratio est , quae pro Religione facit , et coeteroquin quilibet ē populo , pro sua quisque parte , possit in judicio Beatificationis Justorum , et Beatorum Canonizationis jure quidem optimo experiri , si non agendo principaliter , hujusmodi saltem causas agitando : idcirco alma haec Ecclesia Comajaguensis in Indiis Occidentalibus secum ipsa reptans quantum ad Dei gloriam , Religionis augmentum , quantum ad fidelium aedificationem expediet Beatificatio , insuper et Canonizatio Venerabilis Dei Servi Fr. Antonii de Margil a Jesu , Viri undique maximi , et (ut ita dicam) Apostoli hujusce Americae Septentrionalis , amplissimam cuius Sphaeram pedibus suis speciosis , Solis adinstar Evangelici perlustravit , hanc se Sacram Rituum Congregationem adeundam putavit , enixe deprecans , ut perutili huic negotio quantocius poterit supremam manum feliciter tandem apponat . Datis in Aula Capitulari Comajaguensi XIII. Kalendas Augosti MDCCCLXXXIX.

§. 27.
*Ob praeclaras factores
Apostoli cognomen
optinuit.*

*Antonius Josephus Arriaga Archidiaconus .
Augustinus de Medina , et Valdera Cantor .
Josephus Benedictus de Casseres et Gusman Scholasticus .*

30 EPISTOLA XIV.

Rmni Capituli Cathedralis Ecclesiae
Chiapensis Sede vacante.

BEATISSIME PATER.

Illustrior enim illa de Te opinio ex beneficentia , et prudentia tua , praeclarisque factis ubique diffusa , jam tanto crevit amplius , quanto mirabilis illa tuorum comitiorum eventus rebus humanis omnibus antecedit . Eaque omnia nos in Te PIE Clemens Maxime intuemur ingentem rerum optime gerendarum potestatem , cognitionem , et voluntatem , quae veluti disjuncte parum , aut nihil promovent , sic commixte in Sanctitate Tua , universum terrarum orbem ad aeternorum operum spem , haud immerito erexerunt . Cum igitur Te cognitas antea atque usitatas virtutes lapsu temporis jam cognoveris , patrataque miracula R. P. F. Antonii Margil Fundatoris Colligii de Christo Crucifixo in Civitate Guatimalensi erecti , quae tam facile nullus decantare possit , non solum complecti orando , sed pericensere numerando : idcirco humiliiter postulat a Te Capitulum Cathedrale Sede vacante Civitatis Regalis Chiapensis , fidens hoc litterarum genus amplexum te benignius , ut digneris hunc admirabilem virum , si ita expediat , inter Beatos declarare : quod si ita evenerit , PATER BEATISSIME , prout tota Provincia desiderat , integra ; absolutaque felicitas erit : id unum a Deo Optimo maximo Capitulum

§. 28.
Pontificis Opt. Re-
gantis Virtutes sum-
matim recensenter.

§. 29.
P.S.D. sanctitas emi-
tende major.

EPISTOLA XIV.

31

deprecatur , ut per longam Te annorum seriem servet incolunem . Idibus Julii anno Domini MDCCLXXXIX .

SANCTISSIME PATER

Antonius Fuentes Decanus .

Franciscus Vincentius a Corro Archidiaconus .

Michael Antonius ab Echarri Cantor .

EPISTOLA XV.

*Alia Reverendissimi Capituli Cathedralis
Ecclesiae Chiapensis ad S. R. C.*

EMINENTISSIMI DOMINI.

SI aliquando haec alma Ecclesia in Indiis fundata occidentalibus silere non patitur , nec in utramque aurem dormire , quin expurgiscant eam Vestra in nos promerita universa , maxime nunc est , quando promovetur gloria Dei , Religionisque cultus ; ea propter cum beatificatio , pariterque canonizatio Venerabilis Dei Servi Fratris Antonii Margil a Jesu , Fundatoris Collegii , vulgo de Christo Crucifixo , in Civitate Guatemalensi positi hoc tempore praecipue tractetur , nihil est , quod magis habeat in animo , quam admirabiles de hoc Apostolico Viro Virtutes ad memoriam revocare . Quamobrem humillime orat ab Eminentissimis Vestriss , totus , quotus est omnium nostrum indefesse affectus , ut huic valde utili negotio , Sacra Rituum Congregatio felicem imponat finem .

Datis in Capitulari Aula nostra Civitatis Regalis Chiapensis , Kalendis Septembbris , Anno Incarnationis Domini millesimo septingentesimo octogesimo nono .

Emissi Domini .

Antonius Fuentes Godinez Decanus .

Franciscus Vincentius de Corro Archidiaconus .

Michael Antonius ab Echarri Cantor .

EPI-

EPISTOLA XVI.

*Reverendissimi Cleri Secularis
Urbis Zacatecae .*

BEATISSIME PATER .

Clericus Saecularis Urbis SSñae Virginis Mariae Dominae de los Zacatecas , in America Septentrionali , Dioecesis Guadalaxarensis , pedibus SANCTITATIS VESTRÆ submissus , preces humillimas , verum enixas fundere haud immerito non diffitetur . Cum igitur sciamus , BEATISSIME PATER , per multos omnium Ordinum Viros hujusce Americae a BEATITUDINE VESTRA expetere , ut Ven . Servum Dei P. Fr. Antonium Margil a Jesu , olim Apostolici Collegii de Propaganda Fide hujus Urbis eximum Institutorem , Beatorum Catalogo ascribat , nolumus sane , imò nec debemus omittere , quin humillimus precibus id ipsum ab Apostolica Vestra providentia postulemus . Hoc enim flagitat series rerum praecclare a SANCTITATE VESTRA gestarum , ut qui nuper ex veteris Orbis plagiis a Deo Militantis Ecclesiae constitutus optimus Administer dignos pro tali mercede reddenda Operarios vocavit , hunc quoque ex Novi , ultimisque finibus terrae adjungat , si fas est dicere maximum Operarium , qui plurimos peccatores ad meliore frugem reddendo , Nomenque Sacrosanctum Jesu coram gentibus , et filiis Israel portando , zelo fidei , fervore que charitatis pondus diei , et aestus portavit , ut

§. 30.
Apostolica gesta V.
Antonio Cultum jure
 vindicant .

E

34 EPISTOLA XVI.

homines utriusque Orbis habeant, quod imitentur: Postulant etiam ipsiusmet Venerabilis Patris merita, atque miracula, quae pondere, et numero ita maxima sunt, ac illustrissima, ut illud jure merito usurpare valeat Apostoli: Ministri Christi sunt (ut minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurinis . . . in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum . . . periculis ex gentibus, periculis in Civitate, periculis in solitudine . . . in labore, et aerumna, in vigiliis multis, in fane, et siti, in jejunis multis, in frigore, et nuditate, praeter illa, quae extrinsecus sunt, instantia mea, quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Exorat denique haec universa Zacatecarum Provincia, maxime vero haec perillustris Civitas, quae tanti Viri nobilitata virtutibus, atque in amoribus habita, magnam in ejus precibus spem merito collocabit. Vestram ergo Clementiam quaesumus, BEATISSIME PATER, ac enixe rogamus, ne hanc lucernam igne divino accensam, adhuc sub modo relinquat, sed super candelabrum ponat, ut omnibus in domo luceat. Vestram exoramus Pietatem, ne nos, et omnes Populos hos, ipsum optantes in Altaribus venerari, diutius esurire permittas, sed sanctum nomen ejus annuncia toti Ecclesiae, qui Nomen Dei Sanctum usque ad extremum terrae per regiones vastissimas annunciat. Haec sunt vota omnium istius Civitatis incolarum, imò atque totius Americae, qui BEATITUDINE VESTRÆ diu, ac feliciter Christianis omnibus praeesse, ac prodesse totis animi viribus exoptant. Praefata Civitate Zacatecana III. Idus Decembris anno a Virgineo Partu MDCCCLXXXIX. BEATISSIME PATER.

§. 31.
Quis Deum glorifica-
vit, a Deo glorifica-
tum declarari Populi
rebenenter exceptant.

35 EPISTOLA XVI.

Josephus Antonius de Bugarin Parochus, et Ecclesias-
ticus Iudex.

Hyacinthus Martinez Sacrista Major.

Joseph Emmanuel a Silva Rector Seminarii.

Joseph Joachim a Joaristi Coadjutor Parochi.

Ildelphonsus Alexander Martinez et Brihuega.

B'. Gregorius Lazarus de Zumalacárbaro.

Josephus Maria Martinez et Sotomajor S. Inquisitionis
Notarius Expurg'.

Joannes Josephus ab Aristu:

B'. Josephus Honuphrius a Concha.

Petrus Joachim Aguilera.

Ignatius de la Campa.

B'. Joannes Josephus Caldera.

B'. Petrus a Parga Ulloa.

B'. Josephus Joachim a Trejo.

B'. Franciscus a Garces.

B'. Dominicus a Cabal.

Licentiatus Petrus Josephus Sanchez Meza Reg. S. Aloysii Gonzagae Collegii semel et iterum Philosophiae
Praeceptor.

Nicolaus Florentius Serrano.

Franciscus a Rodriguez Latinitatis Moderator.

Joseph Franciscus Sanchez Vasquez.

Joannes de Estrada.

Ildelphonsus Dominicus Ortiz.

B'. Emanuel de Piedras, et Alvarez.

B'. Joseph Marianus Stephanus a Bezanilla, Prior
Campa Sac. Inquisitionis Commissarius Sac. Th. Professor,
ac Seminarii Reg. S. Aloysii Gonzagae Pro-
Rector.

EPISTOLA XVII.

*Rmī Capituli Collegiatae SS. Jo. Baptiste,
et Evangelistae Civitatis Valentinae,*

*ALERE STANMAN
VERITATEM
SANCTISSIMO PATRI*

PIO SEXTO

*C*um bono Virtutum odori, quas antequam ad novum Mundum migraret, nobis reliquit V. P. Antonius Margil, qui per perdurat adhuc in hac Parochiali Ecclesia Sanctorum Joannis Baptiste, et Evangelistae, ubi per Baptismum renatus fuit, accrescat in dies haereticorum fama virtutum, quas ministerio Apostolico cum Indis Occidentalibus exercuit, qui illum tanquam novum Americae Apostolum, et taumaturgiū miraculorum praedicant, vociferanturque, quibus Deum illius Vitae Sanctissimam approbare videtur, visum est hujus Parochialis Ecclesiae Capitulo, a Te, in cuius manu est Sanctuarii statera, cuius est in Orbe Terrarum appendere Christianorum merita ad justam eorum estimacionem, enige petere, ut examinari jubeas ejusdem Virtutes Christianas, factaque mirabilia naturae vires superantia, ut illa Te comprobante, Venerabili Viro publicus cultus tribuantur; Omnipotenti Deo meritae laudis contribuantur; SANCTITATI TUAE, cui a Domino haec gloria reservata videtur, gratias immortales Christiani omnes agamus, et praecepit Capitulum hujus Parochialis Ecclesiae, quae de tanto si-

*Ind. A.S. Diamquā
Apostolum reveren-
tia.*

EPISTOLA XVII.

lio gloriatur, in quo Spiritum Domini requievisse videtur. Cui beneficio Apostolicam Tuam benedictionem adjungas, quam submissis animis expectamus, SANCTITATI TUAE prospera omnia a Deo Opt. Maximo humiliter petentes. Valentiae Edetanorum in Aula Capitulari Parochialis Ecclesiae Sanctorum Joannis Baptiste, et Evang. iv. Kalendas Februarii Annī a Christo nato MDCCCLXXXI.

SANCTITATIS TUAE pedes osculamus.

Doctor Theologus Joannes Lorente Pro-Rector.

Doctor Josephus Perez Cordovez Syndacus.

Doctor Christophorus Scasso, et Oller Rationalis.

Doctor Theologus Paschasius Cubel Presbyter,

et ejusdem Ecclesiae Archivarius Major.

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA XVIII.

R̄ni Capituli Collegiatae S. Mariae
Guadalupensis Civitatis Mexici.

ALBEATISSIME PATER
VERITATIS

§. 33.
Ecclesiae Pietas in
Summo Pont. PIO
præberrime micat.

Pietate perenni è sinu Magnae Matris Romanae Ecclesiae in filios usque ad hunc occiduum Americae orbem largiter diffusa , ipsaque resplendente vel in novo nomine PIUS , ex quo ad Beatissimi Petri Cathedram ascendisti , jamdudum inspecta , ac multoties experta , incunctanter vires adsumit Capitulum insignis Regalisque Collegiatae S. Mariae Virginis sub titulo Guadalupe in suburbana Mexici Villa , et ad tuos Sacros pedes humillime provolutum fidissime tenet , ut subjecta ex scrinio cordis preces piè , benignèque exaudiias .

Vix clarissimae Apostolici Viri Venerabilis admodum Fratris Antonii Margil Ordinis Sacri Minorum , qui Valentiae in Regno ortum ex claris , piis , divitiibus , non auro , et argento , sed virtutibus , duxit Parentibus , lacte puro Catholicae Religionis educatus , pueritiam , ac juventutem inoffenso pede transegit , parique passu Religiosissimorum Franciscanorum in Recollectionis Coenobio Christi Coronae nuncupato , habitu nudus , sua solemnia vota professus , Sacerdos postmodum factus , accensus zelo amplius , perfectius que inserviendi Deum , ac non inutilem sed utilem Servum essendi , Patriam relinquens , Maris pericula

EPISTOLA XVIII.

transiens , usque ad hunc novum , ut ajunt , Mundum accedens , tria de propaganda Fide Seminaria plantavit , fereque totas vastissimas hujus Regni Provincias peragrans , non tantum voce simili Dei , sed ipsamet Dei voce , sacri videlicet Evangelii , tonans per Urbes , per templa , per vicos , et plateas , per oppida , per domos , per invia , in aquosa , et deserta patravit mirabilia , bonos in bono firmando , et fovendo , malos redarguendo , convertendo , sanando , Barbaros Infideles in funiculis charitatis trahens ad veram Christi Crucifixi fidem suaviter , fortiterque compellendo ; Hujus , inquam , clarissimae vitae , cuius in hoc nostro Orbe est notissima Fama , jamdudum in tua B. P. Romana Curia sunt scrutiniis inspecti progressus usque ad ipsius obitum Mexici in Seraphici Francisci Conventu , ubi corpus suum exanime , sed integrum asservatur . Etsi tamen exhalavit animam , odorem Christi bonum omni tempore , ac locis reliquit , eis praecipue , quae fundavit Collegiis , quae tamquam nubes aquis referta , sudoribus irrigavit , et Deus illis incrementum dedit . Horum unum in Civitate Zacatecana titulo Guadalupanae Virginis insignitur , cui addictissimus fuisse creditur .

Nam cum percitus opportunè jam bono animo esset ad Infidelium corda convertenda , festinanter exeundi , viamque felicem carpendi , bonum erit , ita ajebat , ut ego tamquam Nigriculus Dominae meae Guadalupanae experimento manum ad novam , et Deus Dominus noster operetur . Quae verba inter innumeram , quae praetermissimus monumenta , hujus Capituli amnum alliciunt ad postulandum , ac a Te B.P. petendum , ut extremam hujus Apostolici Viri felicitatem , hucusque

§. 34.
In amnum Americam
Margilli sonus exi-
vit , et in finis Orbis
irrat verba Ejus .

§. 35.
Vivens per se , vita
funeris per alios tra-
ni Creaturae Eu-
gellum prædicare stu-
dit .

40 EPISTOLA XVIII.

nobis irreseratam , ipsius piam Causam promovendo , reserare digneris . Tunc repletum erit gaudio cor nostrum , et lingua nostra exultatione : exultabit tunc sui ortus felicissima Civitas , Hispaniaque tota : exultabit haec nostra America; sacra Religiosissimorum Fratrum Minorum undecumque degentium Familia , sed praeципue Mexici exultabit : ipsa demum Romana Ecclesia exultabit , quia talem filium Zeli ardentissimi de propaganda Fide in honorem Dei , Beatissimaeque Virginis haeredem , spiritu Dei agitatum habuit filium , Servum , qui indefesse adlaborans fidem servavit , cursum consumavit . Ergo quid in reliquo , nisi coronam repositam habuisse , tenuisseque; hoc tamen non est nostrum nosse et scire , a Te confisi speramus .

Interea B.P. Deum deprecamur Te ab omni malo , diuque ad bonum Universalis Ecclesiae incolunem custodire . Villae Guadalupanae Die 27. Mensis Aprilis Anno Domini 1790.

BLATISSIME PATER

Joannes Joachimus Sopeña Abas.

Joannes Eugenius Nieto Canonicus.

Ignatius Diaz Cruz Portionarius.

Josephus de Lema Secretarius .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉJICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPI-

41 EPISTOLA XIX.

Illmi Magistratus Urbis Mexicanae .

SANTISSIMO PADRE

BEATISSIMO PADRE

EL Colegio Apostolico de Nostra Señora de Guadalupe de Zacatecas movido del zelo que le es propio por el honor de la Religion , y del Reyno , ha comisionado al P. P. Fr. José Augustin Falcon , para que en calidad de Postulador pase a essa Curia Romana a promover la Causa de Beatificacion , y Canonizacion de su Fundador el Ven. P. Fr. Antonio Margil de Jesus , è interesado por todos motivos este Ayuntamiento de la M.N.M. L. insigne , e Imperial Ciudad de Mexico , Cabeza de esto Imperio en las glorias de este Ven. Apostolico Baron , que con su vida , predicacion , y Virtudes exemplarizò estos Reynos , no puede omitir el recomendar este negocio a V. BEATI-

IL Collegio Apostolico della Vergine Santissima di Guadalupe di Zacatecas mosso dal zelo , che nutre per Ponore della Religione , e del Regno , ha data commissione al P. P. Fr. Giuseppe Agostino Falcon , perché passi in qualità di Postulatore a codesta Corte di Roma per promuovere la Causa di Beatificazione , e Canonizzazione del Ven. P. Fr. Antonio Margil di Gesù suo Fondatore . Interessato per tali ragioni il Senato della M.N.M.L. insigne , ed Imperiale Città del Messico , Capitale di questo Impero nelle glorie di questo Ven. Apostolico Uomo , che con la sua vita , predicazione , e virtù , fù d' esempio particolare a questi Regni , non può tra-

§. 37.
Urbis Americanae Septem. principes in grati animali membrorum
animi membra cultu
expedit.

F

42 EPISTOLA XIX.

TUD, puesto a sus pies con la obediencia que debe, suplicando a su benignidad se digne proteger esta Causa para mayor gloria del Todo Poderoso, exaltacion de nuestra santa Fe Catholica, y que logremos, se le tributen los Cultos a que piadosamente se le considera acreedor.

Dios Nuestro Señor guarde la importante Vida de V. B. en toda felicidad los muchos años que ha menester el Cristianismo. Sala Capitular de Mexico Abril 19. de 1790.

SSmo Padre
A. L. P. de V. B.

Bernardo Bonavia

Ignacio de Iglesias Pablo

Antonio Rodriguez de Velasco.

Antonio Mendez Prieto,
y Fernandez.

Jacinto Jose de la Peza,
y Casas.

Francisco Maria de Herrera

Por mandado de Mexico.

Ivan Antonio Gomez.

lasciare di raccomandare un tal affare alla S.V., prostrato a suoi Piedi con l'obbedienza che deve : supplicando la sua bontà a volersi degnare di proteggere questa Causa per maggior gloria di Dio , ed esaltazione della nostra S.Fede Cattolica, acciò riceva la consolazione di veder prestare al detto Ven. il Culto, di cui pienamente si considera Creditore.

Dio Nostro Signore conservi la importante Vita della S.V. per molti anni per il bene della Cristianità .

Messico dalla Sala Capitolare 19. Aprile 1790.

Bm Padre
Alli Piedi della S. V.

Bernardo Bonavia

Ignazio de Iglesias Pablo

Antonio Rodriguez de Velasco.

Antonio Mendez Prieto,
y Fernandez.

Jacinto Giuseppe de la Peza,
y Casas.

Francesco Maria de Herrera

Per ordine del Messico

Gio. Antonio Gomez.

43

EPISTOLA XX.

Illni Magistratus Urbis Valentinae
Edetanorum.

SANCTISSIMO PATRI
PIO SEXTO
PONTIFICI MAXIMO

S Aepenumero, BEATISSIME PATER, sacra tua limina nobis adire licet, crebrisque precibus sanctissimos pedes tuos osculari, ut praeclaras quorundam Venerabilium Virorum Virtutes et de Republica Christiana merita commendaremus; non indigenarum tantum, qui apud nos geniti et alti sunt, sed exterorum etiam, quos jure possumus nostros vindicare. Nec incassum: quippe vix sex annorum spatium exurrit, quem benignissime indulsisti, ut Gasparem de Bono, et Nicolaum Factorem cives nostros in Beatorum album referremus aeternas sedes incolentium, eorumque exuvias, cineres, et imagines more majorum veneraremur. Nostra quidem haec Urbs Hispaniarum haud ultima, quae uberrimo agro amoenoque sic condita amoenioribus hominum floret, et praestat ingens, illud unum certe maximum, quod sibi gratuletur et Deo immortali tribuat, beneficium habet, quod scilicet filios educat, qui Apostolorum vestigia prementes non ullis pepercere laboribus, nec pericula extimuerunt, modo

F 2

44 EPISTOLA XX.

diam Evangelii lucem , veramque Christianae Philosophiae disciplinam in terrarum Orbem disseminarent .
 §. 38.
 V. Antonius Canoni-
 tatis suppar habetur .
 Hanc certe viam inierunt Vincentius Ferrerius ; et Ludovicus Bertrandus , quorum de laudibus praestat silere , quam pauca dicere . Eorum non ignobilem imitatorem nunc Tibi , SANCTISSIME PATER , sistimus Venerabilem Patrem ANTONIUM MARGILIUM , citem nostrum ex Minorum S. Francisci Sodalitio . Virum coelestibus donis , religione et pietate in Deum factisque ultra naturae cursum insignem , qualemque non multo superior aetas tulit . A pueritia incredibilis ejus ad virtutem facilitas , integrique in tenellis annis mores magnam afferebant spem Sanctitatis , quam deinde nec juventutis robur et flos , nec senii imbecillitas unquam defellerunt . At quem a quiete et privatae vitae studio , divino numine spirante , in Occidentales Indos sese contulisset , ut nationes in extremas terrarum relegatas oias verae Religionis cultui consecraret ; incredibile dictu est quos labores subierit , quos insumerit , ut Apostolico officio pro dignitate fungeretur . Non illum invia saxa , et viatici inopia deterruerunt , quoniam gentes barbaras vix cognitas , in sylvis , et spe cubus delitescentes per nemora et saltus inquireret , ut lumine coelitus emisso avitas rejicerent superstitiones , et in Cliffisti castra transirent . Magna quidem haec sunt ; sed non mira Ven. Margilius patravisse videtur in nonnullis oppidis , quorum incolae inani religionis umbra contenti sanctissimos ipsius mores desperatim habebant atque ludibrio . Ut verbum Dei per os Margili intonuit , subito fuit illorum oppidorum facies immutata , ut illic coleretur virtutum domicilium , ubi

§. 39.
 Iam Apostolicae Vi-
 tuz iuris exponitur .

45 EPISTOLA XX.

spurcissima vitia longo tempore dominabantur . Quae quidem omnia quum in Guatemalensi provincia , uti in campo ad amplitudinem Christianae veritatis aperto , gesta sint , Margilium Apostoli Guatemalensis nomine , quod ad posteros manebit , nobilitarunt .

§. 40.
 Apostoli nomen obli-
 nult .

Ea propter , SANCTISSIME PATER , ad tuos pedes devoluti enixe petimus et oramus , ut Civis nostri Venerabilis Antonii Margilii merita , virtutes , et miracula facta vires naturae superantia examinari , et perpendi jubeas ; ut Te , cui Sanctuarii statera credita est , assertorem Sanctitatis tanti Viri habeamus , eumque , quem aeterni Rectoris Dominique rerum providentia nostrae Urbis decori et praesidio datum fuisse credimus , deprecatorem apud Deum immortalem fas sit invocare . Cui eximio beneficio Apostolicam tuam benedictionem adjungas , quam submissis animis spectamus , Tibi prospera Deo O.M. humili animo petentes . Valentiae Edetanorum xvi. Kalend. Maii Anno Domini MDCCXCI .

BEATISSIME PATER.

Sanctitati tuae pedes osculamur
 Joachim de Pareja Sobrega
 D. Franciscus Albornoz et Cebrian
 D. Jaachimus Esteve de Valeriola
 D. Thomas Vinagero , et Villanov Secretarius

§. 41.
 Valentia quam Cœrum
 in terris , Patronum
 in celis habet publi-
 ce venerari desiderat .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
 DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA XXI.

Illī Magistratus Guathimalensis.

SANTISSIMO PADRE

C Omo esta Ciudad de Guattemala, y aun sus dilatadas Provincias lograsen algun tiempo ser theatro de la predicacion del Venerable Siervo de Dios Fray Antonio Margil de Jesus, cuya fama, y buen olor de Santidad, no solo no ha borrado el tiempo, sino que antes parece haber crecido con el: p^r eso, y por la fundacion, que el dicho Venerable Padre hizo en esta misma Ciudad de el Colegio de Propaganda Fide, cuyos Missioneros Apostolicos como herederos de su espíritu trabasan continuamente con singular edificación en el proezzo espiritual de las almas, no puede menos esta Ciudad en desempeño de su precisa obli-

§. 42.
Guatimalae Civitas
Apostolici Viri nelo
nultum debere profi-
ctetur.

BEATISSIMO PADRE

S iccome questa Città di Guatimala, e le di lei vaste Provincie furono per qualche tempo il teatro della predicazione del Ven. Servo di Dio Fra Antonio Margil di Gesù, la di cui fama, e buon odore di Santità, non solo non ha cancellato il tempo, ma anzi sembra cresciuta; Per questo appunto, e per la fondazione fatta dal detto Venerabile Padre in questa Città del Collegio de Propaganda Fide, li di cui Missionarij Apostolici, come Eredi del suo spirito travagliano di continuo con edificazione singolare nel profitto spirituale delle anime; non può fare a meno la riferita Città per disimpegno dell'obligo, che gli corre, di

EPISTOLA XXI.

gacion, que recomendar a V^astra Santidad la causa, que ya entiende haberse terminado de la Beatificacion, del dicho Venerable Siervo de Dios, interponiendo, como interpone sus mas humildes, y reverentes suplicas para que VUESTRA SANTIDAD se digne concederla quanto antes la satisfacion, que desea sumamente de venerar en los Altares, a quién tanto debe.

Assi lo espera a honra, y gloria de nuestro Señor, y que su Divina Magestad dilate, y prospere la preciosa vida de VUESTRA SANTIDAD a mayor bien de su Iglesia.

Nueva Guattemala 2. de Diciembre 1789.

A los pies de Vuestra Santidad pidiendo humildísimamente su Santa bendicion.

Cayetano Joseph Savon
Ambrosio de Gomara
Nicolas Obregon
Jose Mariano Romà

raccomandare alla S. V. la Causa, che sente terminata circa i processi della Beatificazione del detto Ven. Servo di Dio, interponendo, conforme interpone, le più umili, e riverenti suppliche, perché la Santità Vostra si degni concedergli quanto prima la consolazione, che ardentemente brama di venerare sù gli Altari quello, a cui tanto è tenuta.

Così lo spera per onore, e gloria di Dio, da cui domanda che proponghi e prosperi la preysa Vita della S. V. per il maggior bene della Chiesa Cattolica.

Nuova Guatimala 2. Dicembre 1789.


Prostrati a piedi della S. V. che con ogni più umile ossequio chiedono la S. Benedizione.

Gaetano Giuseppe S.
Ambrogio de Gomara.
Nicolò Obregon
Giuseppe Mariano Romà

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE GUATEMALA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

48. EPISTOLA XXI.

Ivan Manriquez	Giovanni Manriguez
Pedro de Ayzinena y	Pietro de Ayzinena , e
Larrayn	Larrayn
Josef Fernandez Gil	Giuseppe Fernandez Gil
Domingo Antonio Anido	Domenico Antonio Anido
Migael Ignatio Asturias	Michele Ignatio Asturias
Vincente Ayzinena	Vincenzo Ayzinena
Martin Barrundia	Martino Barrundia



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPI-

49. EPISTOLA XXII.

Illī Magistratus Guadalaxariensis.

BEATISSIME PATER.

Intra innumerā, eaque maxima munera, quibus Petri Sedes ornatur, ejusque in ea Successores Romani Pontifices decorantur, nullum augustius est SANCTISSIME PATER, nullum divinus, quam quod illa universae Ecclesiae immobile fundamentum sit, et columna, firmamentumque veritatis; hi vero cum inde oracula fundunt, certissimi sunt et indeficientes Coelestium Dogmatum, divinarumque legum, ac voluntatis interpretes. Quid enim ultra humanae naturae conditionem, homini plus dignitatis afferre potest, Deoque simillimum, ac proximum exhibere, quam quod ejus decretis summum, et inviolabile humanae mentis obsequium, velut immotis, aeternique fidei catholicae regulis debeatur? Hoc sane tam magnum, tamque praeceps est, ut nisi ex Deo, prima atque immutabili veritate, homini inesse profiteremur, hominem pro Deo quodammodo colere videremur. Haec saepenumero cogitantes, et quod maximum est, Vesta suffulti benignitate populi Christiani vota, ac totius hujus novi orbis humiles preces ad te revere, superata locorum longinquitate, minime dubitamus, ut vi-
rum illum, Fratrem nimirum Antonium Margil a Jesu Seraphicæ Sancti Francisci familie alumnū observantissimum, Apostolicum Missionarium, et Missio-

§. 43.
*Veritas apostolice est
Sedi tesseris.*

§. 44.
*Supremi Pontificatus
fastigium Cœlo pro-
ximit.*

G

50 EPISTOLA XXII.

§. 45.
Egregia, et Aposto-
lica V.S.D. munera.

§. 46.
Ab his adolescentes
Sanctitatis famam ob-
tulit.

§. 47.
Dei verbum ubique
sevit intentaque fru-
etus collegit.

num de Propaganda Fide Praefectum, cuius vitae currículum, ac virtutes tum præsentes, tum posteri admirantes obstupescunt, viorum illorum numero, in quibus Deum mirabilem praedicamus SANCTITAS VESTRA dignetur adscribere, eique honores illos conferre, quibus Sanctos viros pro supra, qua pollet autoritate insignire consuescit. Vir siquidem iste Valentiae natus Sancti Francisci religionem a primis annis amplexus, sacrisque Ordinibus initiatus, vix occidentalis hanc Orbis plagam, transactis quam maximis navigationis incommodis attigerat, cum jam virtutis suae suavissimus odor maxima omnium laetitia longe, lateque diffundebatur. In portum maris verae Crucis nuncupatae primum appulit anno Domini millesimo sexcentesimo, octogesimo tertio, ex quo adeo clara Virtutis specimina coepit exhibere, ut unusquisque certat, talem virum, tamquam de coelo delapsum, agnoscere vellet atque conspicere; charitas tamen ejus circumscriptis terminis contineri non valens, amplissimum quo novi Orbis imperium lustrandum instituit, quod munus adeo feliciter explevit, ut non longo annorum curriculo copias viderimus insperato grandescere messium, exuberare pomis arbusta, fructibus olivetæ redundare, atque omnibus aeternae vitae subsidia libenter importari. Adeo enim vir iste honoris Dei Zelo exarbat, ut neque laboribus fractus, neque minis perterritus a Verbi Dei praedicatione, et animarum salute procuranda cessaret, poenitentium confessionibus excipiendis diu, noctuque intentum fuisse neminem pene fugit. Tria Collegia fundavit suisque vigiliis ac laboribus instauravit, quibus ad

EPISTOLA XXIII.

51

hunc usque diem regularem observantiam enitescere, ac virtutum omnium exemplar esse totius christiani populi laetitia intuetur, ac admiratur Labores omnes, vigilias, curas, et aerumnas, quibus infensissimus humani generis hostis etiam a proposito deterrete conatus est, mente percurrere immensum quippe foret, et infinitum. Ad necem non semel quaesitus veneno, siti, fame, atque laetalibus vulneribus ab infidelibus saucius, ex his omnibus, quae tribus supra quadraginta annis pro excolenda Domini Vinea perpessus est, incoluis semper evasit Dei immortalis beneficio, qui tanti viri spiritu suae magnitudinis aeternum voluit monumentum hominibus exhibere. Consulto SANCTISSIME PATER praetermittendum putamus quae ad hujusce Viri particulares virtutes, miracula, quamplurimaque clarissima facta pertinent, cum hoc privatis potius discussionibus Vestra in dictis auctoritate constare debeat, quam hac nostra demissa speque plena supplicatione.

Te igitur BEATISSIME PATER Regalis iste novae Galleiae Guadalaxarensis Senatus ad tuos pedes humiliter provolutus enixe flagitat, et exposcit, ut et ejus votis, et universae Americae obsecrationibus benigne annuere digneris, istius viri Beatificationis, et Canonizationis causam peragi praecipiens, ut omnes tandem votorum summam tua largitate consequatos fuisse gloriemur.

Optimus ille Deus qui Ecclesiam suam tibi tradidit curandam, atque regendam Te diutisse sospitem et incoluem conservare dignetur, ad ipsius Ecclesiae solamen totiusque populi Christiani in Fide et pa-

§. 48.
Infidelium tormenta
non timuit, sed ipsam
mortem appetit.

§. 49.
Ad Christiani populi
lascivitatem, et luxu-
rat Urbi Summi Pen-
it. PII VI. a D.O.M.
distractam precor
aetatem.

EPISTOLA XXII.

ce praesidium. Guadalaxarae die duodecima mensis Januarii anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo.

Sanctitatis Vestrae humillimi filii.

SANCTISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae humillimi filii.

Franciscus Joseph de Urrutia.

Joseph Ignatius a Basauri.

Josephus Maria de Castañeda, y Medina.

Joannes Lopez Portillo.

Franciscus ab Escovedo, et Daza.

Ignatius a Samartin.

Antonius a Colaço Feizoo.


Joseph a Castro et Paquengos.

Petrus a Jarero.

L. Joannes Josephus Ruiz, et Moscoso.

Licentiatus Hieronymus a Pulgar.

Licentiatus Sebastianus de Jarero.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§. 50.
V. Antonius multo illi
a nomine de Antoni
ca benemeritus.

EPISTOLA XXIII.⁵³

Illmi Magistratus Durangensis.

BEATISSIME PATER.

Quod jam diutius Senatus Civitatis Durangensis totius Caput Novae Cantabriae, suppliciter, ab anno millesimo, septingentesimo, sexagesimo quinto, VESTRÆ BEATITUDINI exoraverat; nunc iterum, denuo, atque iterum, Causae scilicet, usque ad optatum finem, progressum Venerabilis Fratris Antonii a Jesu Margil, Regularis observantiae Seraphici Sancti Francisci decoris, et ornamenti, et Collegiorum de Propaganda Fide in hisce Americae Regnis Septentrionalis, quae, dum vixit, aedificavit exemplo, illustravit doctrina, et praedicatione Apostolica ad veram Religionem conversit, Sanctitatis Vestrae Clementiae, ut amplius Deus Optimus Maximus citius in suis laudetur selectis, humiliter exorat, deprecatur; Sic ipse rerum omnium Conditor VESTRAM BEATITUDINEM salvam semper, atque incolumem, ut Concilium hoc preces effundit, in meliorem totius Sanctae Romanae Ecclesiae regimen, protegat, tueatur. Data in Durangensi Capitulari consistorio Kalendas Decembris anni Domini millesimi septingentesimi octogesimi noni.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae osculamur pedes ferventes;
et humiles Servi.

EPISTOLA XXII.

ce praesidium. Guadalaxarae die duodecima mensis Januarii anno Domini millesimo septingentesimo nonagesimo.

Sanctitatis Vestrae humillimi filii.

SANCTISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae humillimi filii.

Franciscus Joseph de Urrutia.

Joseph Ignatius a Basauri.

Josephus Maria de Castañeda, y Medina.

Joannes Lopez Portillo.

Franciscus ab Escovedo, et Daza.

Ignatius a Samartin.

Antonius a Colaço Feizoo.


Joseph a Castro et Paquengos.

Petrus a Jarero.

L. Joannes Josephus Ruiz, et Moscoso.

Licentiatus Hieronymus a Pulgar.

Licentiatus Sebastianus de Jarero.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§. 50.
V. Antonius multo illi
a nomine de Antoni
ca benemeritus.

EPISTOLA XXIII.⁵³

Illmi Magistratus Durangensis.

BEATISSIME PATER.

Quod jam diutius Senatus Civitatis Durangensis totius Caput Novae Cantabriae, suppliciter, ab anno millesimo, septingentesimo, sexagesimo quinto, VESTRÆ BEATITUDINI exoraverat; nunc iterum, denuo, atque iterum, Causae scilicet, usque ad optatum finem, progressum Venerabilis Fratris Antonii a Jesu Margil, Regularis observantiae Seraphici Sancti Francisci decoris, et ornamenti, et Collegiorum de Propaganda Fide in hisce Americae Regnis Septentrionalis, quae, dum vixit, aedificavit exemplo, illustravit doctrina, et praedicatione Apostolica ad veram Religionem conversit, Sanctitatis Vestrae Clementiae, ut amplius Deus Optimus Maximus citius in suis laudetur selectis, humiliter exorat, deprecatur; Sic ipse rerum omnium Conditor VESTRAM BEATITUDINEM salvam semper, atque incolumem, ut Concilium hoc preces effundit, in meliorem totius Sanctae Romanae Ecclesiae regimen, protegat, tueatur. Data in Durangensi Capitulari consistorio Kalendas Decembris anni Domini millesimi septingentesimi octogesimi noni.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae osculamur pedes ferventes;
et humiles Servi.

Philippus Diaz de Hortega.

Antonius Raymundus de Landa.

Josephus a Barcena, et Manzano.

Philippus de Tarto.

Andreas de Hompanera.

coram me

Eusebius Alvarez Prendes Secretarius.

VERITATIS



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

002731

*Illni Praefecti Provinciae, ac Rectorum
Civitatis Zacatecanae.*

SANCTISSIMO IN CHRISTO PATRI,
DOMINO DOMINO

PIO SEXTO

DIVINA PROVIDENTIA

*Sacrosanctae Romanae, et Universalis Ecclesiae
PONTIFICI MAXIMO.*

Praefectus Provinciae, atque Reipublicae Rectorum
coetus Civitatis Zacatecanae Dioecesis Guadalaxaren-
sis in Indiis Occidentalibus recommendationem humilem,
et pedum oscula devota Beatorum. Cum enim, BEA-
TISSIME PATER, hisce in partibus Septentrionalis
Americae, quam fere totam pedibus peragravit Ve-
nerabilis Servus Dei Pater Fr. Antonius Margil a Jesu,
quondam in hac Urbe Missionario Apostolicorum
Collegii de Propaganda Fide Fundator in excolendo vi-
neam Sabaoth, quam plurimos exantlarit labores: qui-
que omnibus omnia factus, ut omnes salvos facheret,
dum adhuc esset in hoc saeculo constitutus, admira-

§. 51.
In adducendis ad
Chorlum gentibus V.
S.D. peragravit Pro-
vincias multitudine
innumerabiles, locis
infinitas.

56 EPISTOLA XXIV.

bili vitae sinceritate micuerit, claritate scientiae, ac
mirificis operibus coruscarit: ita ut ubique gentium,
tam in ejus verbo, et facie, quam in gestu quamval-
de amabilis conversatio ejus esset: quodque omnia,
quae in ipso erant, nonnisi notabilia, et eruditio ad
virtutes, et ad salutem aedificatio viderentur, non
paucis insuper illustrata miraculis per ejus excellentia
merita divinitus perpetratis, maxima hinc populorum
devotio, qua erga ipsum afficiuntur, augetur. Quae
quidem omnia, BEATISSIME PATER, haud am-
bigere possumus iam ad aures BEATITUDINIS VE-
STRÆ pervenisse; sed accrescentibus magis in dies
corundem populorum clamoribus cupientium ipsum,
quem in terris experti fuere Propagatorem Fidei, et
Benefactorem munificum, Altaribus Patronum colere
gloriosum in coelis, omnes, et singuli, quasi per
oris nostri ductum instanter petimus, instantius que-
riimus, ac instantissime humillimis precibus ad Ostium
Benignitatis Vestrae pulsamus, ut si effectus suadeat,
et BEATITUDINI VESTRAE placeat, praefatum Pa-
trem Fr. Antonium Margil a Jesu, in laudem, et glo-
riam illius, qui glorificantes se glorificat, in Sancto-
rum matricula cum sonore Beatificationis, et Canoni-
zationis paeconio, ne ipsius merita grandia, opera-
que magnifica debit proemio careant, ascribere non
dignetur. Per quod Sancta Mater Ecclesia de tanto
novae aggregationis consortio Vestri felici tempore
Praesidatus jubilet, et exultet haec Civitas, in qua
ipse feliciter diu vixit, et felicius est in Domino salu-
tari Prole superstes. Scriptum praefata Civitate Za-
catecana anno Domini millesimo septingentesimo octo-

§. 12.
Margilium Patronum
colere, et in Benefa-
ctorem experto, Zaca-
tecanas Civitas postu-
los.

§. 13.
V. S. D. Virtutis Al-
tarium debetur honor.

EPISTOLA XXIV.

57
gestio nono die decima Decembris septimae Iadi-
ctionis.

BEATISSIME PATER

Ih. Cleeret.
Raphael de las Piedras y Camargo.
Juan Martin de Cenos.
Joseph Franciscus Castañeda.
Joseph Manuel de Bolado.
Juan Francisco de Joariuti.
Miguel Alexo Ferrero.

MIXX A I O T S I G
EPISTOLA XXV.

*Excmae Universitatis Rei Litterariae
Urbis Valentiae.*

Bmo PATRI ac D. N.

PIO SEXTO

*Rei Litterariae Universitas
Valentina.*

EA est, BEATISSIME PATER, semperque ab illius usque obitu fuit, non apud nostrates modo, verum etiam apud exteris gentes Ven. Servi Dei Fr. Antonii Margil Ordinis Minorum quondam Sodalis pietate ac misericordia fulta opinio, ut rei nostrae christianaem plane nos defuturos putemus, nisi de ea SANCTITATEM VESTRAM, cui piissimis Viris jam vita functis apotheosim decernere datum est, certiorem ultiro libenterque faciamus, eamque ut cito velit decretam summis precibus postulemus. Quamquam enim fide certum ratumque sit, sanctitatem, non eam solum, quae vocazione atque professione constat, verum et aliam, quae in quorumdam fidelium moribus splendeat Coetui nostro, cuius ipse Primas agnosceris, prorsus esse indivisam, adeoque Santos in terris et esse modo, semperque fuisse dubitari neutiquam possit, non parum tamen Christi et Ecclesiae ipsius sponsae honori consultitur, quando illi, quos Deus mirabilis in Sanctis

quis tum morum puritate, tum miraculorum gloria cum in vivis agerent insignitos voluit, jam in Coelis degentes, tamquam patroni et amici Dei solemnii cultu honorandi imitandique Fidelibus exhibentur. Inter coeteros autem, quos postrema attulit aetas, quosque Ecclesiae suae edificationi concessit Deus, nullus profecto est, BEATISSIME PATER, ex enjus cultu major, quam ex Ven. Dei Servo Margilio speranda sit christiani populi pietas et devotio. Tanta videlicet penes novi praesertim Orbis Incolas hodieque viget illius Santitatis fama, tam recens tamque gratissima ipsius memoria est, tam denique suavissimus illius virtutum odor remansit. Annue igitur, BEATISSIME PATER, annue precibus obsecrantium, et qua summa polles auctoritate Ven. Margilii Causam finiri jube, eumque Beatorum Sanctorumque fastis adscribe. Huc nostri omnium Vota collineant, quibus Deum Optimum Maximum veneramur, ut Te Reipublica Christianae bono diu salvum et incolumem servet. Valentiae Hedetanorum undecimo Kalendas Julias anni MDCCLXXXI.

SANCTITATIS TUÆ

Addictissimi, et obsequentissimi Filii.

Vincentius Blasco Canonicus Valentinus Universitatis Rector.

D. Carolus Cyprianus Marin Praepositus Ecclesiae Valentiae.

D. Sebastianus Sales Professor Theologiae, et Praepositus Metropolitanae Ecclesiae Valentiae.

§. 54.
Margillus velut Dei
amicus valentini Cultu
honorandus.

EPISTOLA XXV.

Jacobus Belda Juris Professor Praepositus ; et
Universitatis Syndacus .

Fr. Joh. Jac. Sidro Villaroig Primarius Theolo-
giae Professor .

D. Vincentius Adalid Primariae Medicinae Pro-
fessor .

Universitatis rei litterariae Valent. no-
mine .



EPISTOLA XXVI.

Excmæ Universitatis Collegii Majoris
S. Mariae Omnim Sanctorum
Urbis Mexicanae .

SANCTISSIME PATER .

A postolicum Sanctae Mariae de Guadalupe Colle-
gium litteris ad nos missis detulit , SANCTITATEM
TUAM humiliter postulasse , ut Venerabilis Servi Dei
Fratri Antonii Margil a Jesu Causam de Beatificatione
jubeas promoveri . Quod cum maxima omnium gratu-
latione , pari quoque nostrum animi voluptate rece-
ptum est . Cum enim lapsis retro temporibus mirabi-
lis ille , ac Venerabilis Vir ipsius Apostolici Collegii
egregius Fundator extiterit , vastissimas hasci Orbis
Provincias Potentissimi , et semper Augusti Hispaniarum
Regis Ditioni subditas irreprehensibilis vitae splen-
dore illustravit , singulari morum probitate docuit ,
excellentium ad fastigium usque Virtutum odore reple-
vit , praeclarissimis exemplis excitavit , Apostolicis
egressibus peragravit , Evangelicis sudoribus aspersit ,
innumeris laboribus coluit , rebus denique mirifice ge-
stis aedificavit . Quae omnia cum majoribus univer-
si hujus Americae Incolae , et Patriis Exteri , tum
scriptis , cum traditione acceperint , vehementi ardo-
re tantum Virum , Deoque gratissimum Servum San-
ctorum ordini adscriptum revereri student , totisque
viribus incumbunt . Nec mirum sane videbitur SAN-

§. 55.
*De processu et W. F.
D. beatificationem
universa Populorum
gratulatio .*

§. 56.
*V. Antonii Apo-
stolorum expressis ini-
cim .*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

62 EPISTOLA XXVI.

§.57.
Indorum studium pro
colendo Margilio gra-
titudinis debitum.

CTISSIME PATER, quod vel collati Indiarum Genitibus beneficii memores, vel paris accipiendi spe, aut utilitatis, aut grati animi ergo assiduis animi votis, et iteratis precibus ad optatum finem piissimam hanc, Deoque, et hominibus gratissimam Causam perduci conemur. Quod cum a Te uno BEATISSIME PATER sperare liceat, cui cum Regni Coelorum claves concreditae sint, data est quoque potestas Sanctos Dei homines Coelo asserendi, pronunciandique quis sempiternum illud Beatorum Domicilium, ubi pax, ubi summa felicitas nos manet, vita functus accesserit, quo mortuo honores decernantur. Id propterea Te Patrem supplices cramus, mitissimisque precibus obtestamur. De coetero Tibi Summo Ecclesiae Praesuli diuturnam vitae felicitatem, et nominis claritudinem cupimus, salutarem benedictionem precamur, atque Paternis pedibus oscula figimus.

SANCTISSIME PATER

Sanctitatis Tuae
Humillimi, maximeque grato erga Te animo
Filii, Pro-Rector, et Alumni Majoris Di-
vae Mariae omnium Sanctorum Mexicanorum
Collegii

D. Eusebius Xaverius Sanchez Pareja Pro-
Rector.

D. Ignatius de Castañeda, et Medina Con-
siliarius.

Licentiatus Josephus de Letona Secretarius.

Datum IV. Kal. Majas Anni Domini MDCCXC.

WXXX AJOTB193
63 EPISTOLA XXVII.

Excellentissimae Regiae Academiae
Guathemalensis.

SANCTISSIME PATER:

R^{egia Guathemalensis Academia ad VESTRAE SANCTITATIS pedes humiliter provoluta exponit, quod cum Venerabilis Servus Dei Frater Antonius de Margil a Jesu, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, fuerit harum omnium Provinciarum Missionarius Apostolicus, et in eis plurium Seminariorum de Propaganda Fide Fundator, atque Director; cumque etiam verbo, virtutibus, atque exemplo perquam plurimas ipsarum partium gentes ad Dei cognitionem, innumerosque peccatores ad veram poenitentiam perduxisse fama, voceque publica constet, et denique cum omnium virtutum genere ornatum, et miraculorum gratia praeditum extitisse communis sit in his partibus opinio; eapropter, cum Deo perhonorificum, Sanctis Viris gloriosum, atque Ecclesiae utilissimum sit, quod excellentium Virorum Sanctitas publico Testimonio ab Apostolica Sede declaretur, in eam spem erigitur haec Academia, humilesque SANCTATI VESTRAE exhibet preces, ut suprema, et infallibilis a VESTRA SANCTITATE sententia proferatur, per quam Frater Antonius de Margil a Jesu, Beatorum Confessorum Catalogo adscribatur. Datum Guatimalae in Indiis Septentrionalibus die 26. Mensis Aprilis, anno Domini millesimo septingentesimo, nonagesimo.}

§.58.
V.S.D. labore in ex-
colenda Vinea Sa-
baob.

§.59.
Ecclesiæ utilitas in
colendo Margilio.

64 EPISTOLA XXVII.

Doctor Emmanuel Antonius Bouzas Rector
D. Joannes de Deo Iuarros Cancellarius
D. Joannes Antonius Dighero
D. Joannes Josephus de Batres
D. Fr. Joannes Terrassa
D. Joannes a Sancta Rosa Ramirez
Fr. Joseph Antonius Goicoechea, Sacrae Theologiae
Doctor
Fr. Doctor Joannes Joseph Lopez
Fr. Mathias Dominicus Texeda
D. Josephus Geridua
D. Joseph Emmanuel de Rivera
D. Josephus Flores
Matheus Michael Moran
B. Josephus Ignatius Palomo Consiliarius
B. Josephus Marianus Villavicencio Consiliarius
J. Joseph Marroquin Cathedrat.
J. Fr. Felix Castro Cathedrat.
J. Isidorus de Sicilia
D. Fr. Joannes Infante
D. Fr. Antonius Raymundus Camato
D. Emmanuel Angelus de Toledo
Fr. Marianus Lopez Rayon Theolog. Doctor
D. Josephus Antonius a Cordova
B. Josephus Aylenena Cons.
Josephus del Barrio Cathed.
Fr. Mendoz a Jesu Lanuza Cathed.
B. Narcisus Esparragoza Consiliarius
B. Fr. Augustinus Blasquez Cath.

EPI-

65 EPISTOLA XXVIII.

Rmni Provincialis Ordinis Eremitarum
S. Augustini Provinciae Mexicanae

BEATISSIME PATER.

S upremum Christiani Orbis Tribunal, ea fretus fiducia peto, PATER SANCTISSIME, quae Sanctam decet Apostolicam Sedem, in qua, re, plusquam Nomine, sedet eximia Pietas. Idem quondam adiit Mexicana Sancti Nominis Jesu Eremitarum Augustinensium Provincia, litteris supplicibus datis, tum die vigesima nona Maii anno millesimo septingentesimo trigesimo nono; tum die vigesima Octobris sexagesimo quinto, quarum nempe studium, votaque fuit, ut introducenda Causae Beatificationis, et Canosizationis Venerabilis Dei Servi Antonii a Jesu Margilis Ordinis Minorum Excalceatorum Sancti Patris Francisci strictioris Observantiae Missionarii Apostolici hisce in Americae partibus, locus esset.

Confectis igitur, hodierno tempore, Auctoritate, et Commissione Apostolica, Processibus super fama Sanctitatis, Virtutibus, ac Miraculis ejusdem Venerabilis Dei Servi, superest dumtaxat iterum, atque iterum petere, et postulare, una cum omnibus ceterorum Regularium Ordinum Praesulibus, ut tandem, tandem supremam admovere manum Causae praemissae velit SANCTITAS VESTRA, quam pro merito quidem, affectu magno prosequi certo scimus omnes, ac laeta-

In Franciscanam Familiam Supremi Regnantis Pontificis paternus amet,

®

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

66. EPISTOLA XXVIII.

mur clarissimam Seraphici Patriarchae sobolem commendatam egregiis, beneque multis titulis.

Prior autem Provincialis Augustinensis Mexicanus, praesentes litteras dans subscriptas atque signatas nomine Provinciae universae Augustinensis sibi commissae, gratiam praefatam, qua majore valet instantia, pronus expostulat, non sine ingenti gaudio vota sua consocians aliis plurimis.

Deum vero Optimum Maximum enixis quoque precibus rogat, ut quem superno voluit consilio Ecclesiae sue charissimae Maximum providissimum Patrem, Pastorem Summum, multiplici benedictione caelesti cumulatum diu servet, atque protegat, prout res Christiana opus habet, et cupit.

Datas Mexici sub die decima nona Mensis Aprilis Anno a Nato Domino Millesimo septingentesimo nonagesimo.

SANCTITATIS VESTRAE

Pedes osculatur quam libenter
Loco  Sigilli

Fr. Thomas Raymundus Mercado
Provincialis Mexicanus Augustinensis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

67. EPISTOLA XXIX.

R̄mi P. Provincialis Ordinis Praedicatorum
Provinciae Mexicanae.

BEATISSIME PATER.

Ven Pater Fr. Antonius Margil, discalceati Minorum Ordinis decor, tantum in hac Indiarum parte Sanctitatis expravit odorem, ut omnium Regnicolarum linguis celebretur quotidie, ejus mirabilia narrent populi, publicique ei cultus deferendi eorumdem in Domino desiderium in dies pientissimum excrescat. Justum non est meam pro Ven. Servi Dei Apotheosi communii acclamationi vocem deesse, qui non solum hujus Regni tam in Fide novelli sic Fidem roborandam credi, hujus Mexiceae Civitatis Venerabilium Cinerum ditatae thesauro vota profutura, ut ad tantarum imitationem virtutum accendatur, sed Religiosos etiam Ordines singulari favore prosequendos, quo eorum jamdiu prostratus erigatur honor, et uberes in Vinea Domini fructus facere consequantur. Nostrorum ergo Civium, universi Regni communibus votis nostras rerum preces adjungimus, SANCTITATI VESTRAE dicta Canonizatione, ut magnificetur Deus in Sanctis suis humiliter supplicantes. Datis in hoc nostro Imperiali Mexico FF. Praedic. Coenobio, manu propria subscriptis, et sigillo majori nostri officii munitis die vigesi-

§. 61.
P. Antonii mirabilia
narrent populi.

§. 62.
P. Viri Cultus robo-
randae Fidei accom-
modatus.

66. EPISTOLA XXVIII.

mur clarissimam Seraphici Patriarchae sobolem commendatam egregiis, beneque multis titulis.

Prior autem Provincialis Augustinensis Mexicanus, praesentes litteras dans subscriptas atque signatas nomine Provinciae universae Augustinensis sibi commissae, gratiam praefatam, qua majore valet instantia, pronus expostulat, non sine ingenti gaudio vota sua consocians aliis plurimis.

Deum vero Optimum Maximum enixis quoque precibus rogat, ut quem superno voluit consilio Ecclesiae sue charissimae Maximum providissimum Patrem, Pastorem Summum, multiplici benedictione caelesti cumulatum diu servet, atque protegat, prout res Christiana opus habet, et cupit.

Datas Mexici sub die decima nona Mensis Aprilis Anno a Nato Domino Millesimo septingentesimo nonagesimo.

SANCTITATIS VESTRAE

Pedes osculatur quam libenter
Loco  Sigilli

Fr. Thomas Raymundus Mercado
Provincialis Mexicanus Augustinensis

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

67. EPISTOLA XXIX.

R̄mi P. Provincialis Ordinis Praedicatorum
Provinciae Mexicanae.

BEATISSIME PATER.

Ven Pater Fr. Antonius Margil, discalceati Minorum Ordinis decor, tantum in hac Indiarum parte Sanctitatis expravit odorem, ut omnium Regnicolarum linguis celebretur quotidie, ejus mirabilia narrent populi, publicique ei cultus deferendi eorumdem in Domino desiderium in dies pientissimum excrescat. Justum non est meam pro Ven. Servi Dei Apotheosi communii acclamationi vocem deesse, qui non solum hujus Regni tam in Fide novelli sic Fidem roborandam credi, hujus Mexiceae Civitatis Venerabilium Cinerum ditatae thesauro vota profutura, ut ad tantarum imitationem virtutum accendatur, sed Religiosos etiam Ordines singulari favore prosequendos, quo eorum jamdiu prostratus erigatur honor, et uberes in Vinea Domini fructus facere consequantur. Nostrorum ergo Civium, universi Regni communibus votis nostras rerum preces adjungimus, SANCTITATI VESTRAE dicta Canonizatione, ut magnificetur Deus in Sanctis suis humiliter supplicantes. Datis in hoc nostro Imperiali Mexico FF. Praedic. Coenobio, manu propria subscriptis, et sigillo majori nostri officii munitis die vigesi-

§. 61.
P. Antonii mirabilia
narrent populi.

§. 62.
P. Viri Cultus robo-
randae Fidei accom-
modatus.

ma prima mensis Maii Anni Domini millesimi septingentesimi nonagesimi

SSmo P. Domino PIO Divina Providentia PA-
PAE SEXTO

Cum devota rever. pedum oscula beatorum

Fr. Cosmus Enriquez Mag. Doctor Prior Pre-
vincialis.

Loco * Sigilli



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE GUATEMALA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Reverendissimi P. Provincialis, aliorumque
PP. Ord. Praedicatorum Provinciae
Guatimalensis

BEATISSIME PATER.

Cum non lateat hanc nostram Provinciam Guatimalanam Ordinis Praedicatorum Processum, VESTRÆ BEATITUDINIS auctoritate, instructum hac in Guatimalana Curia super Sanctitatem Venerabilis Servi Dei Fr. Antonii Margil a Jesu Sacerdotis filii S. P. N. Francisci primaevi institutoris arctioris observantiae in Indiis, pergere jam in Curiam Romanam; cumque vastum hoc Regnum initio hujus saeculi felicitatem videndi, audiendi, magna cum alacritate experiendi vitae Sanctitudinem, (Apostolicae sane) Virtutes miraque portenta dicti Venerabilis habuerit: supplex ipsa, quam submisso animo paternam vestram interpellat charitatem pro recitatione Officii, debitaque ejus reverentia.

Admiranda ejus vitae fama ubique locorum hujus vasti viget Regni, adeoque omnium animis est radicata, ut neque elapsi anni illius memoriam ex animo incolarum abstulerit, neque venturi sylvione obscurabunt.

Pro tot igitur, tantiisque beneficiis, et gratiis a Divina misericordia huic Regno interventione Viri hujus Apostolici cumulatis, non potest non haec nostra

§. 64.
Sanctitatis Fama nul-
la temporis diuturni-
tate consenuit.

®

70 EPISTOLA XXX.

Provincia in genua se devolvere vestra , humiliterque exposcere , ut SANCTITAS VESTRA boni consulat nostram hanc precationem , obviisque eam ulnis accipiat , et dignetur assentiri nobis , ut hoc Regnum publicam dicto Venerabili exhibeat in Altaribus venerationem .

Vestram etiam supplici animo Apostolicam benedictionem supplicamus in hoc Guathemalano Conventu Sancti Patris Nostri Dominici die 10. Mensis Martii anni 1790.

Fr. Carolus Cadena Prior Provincialis

Pr. Joannes Infante Praesentatus , et Prior :

Fr. Joannes Terrassa Inter.

Fr. Michael de Cordova Minister Ex-Provincialis

Fr. Antonius Macal Magister

Fr. Joseph Garriga Præ. ac Ex-Provincialis

Fr. Antonius Quiñones Praed. Generalis , et Sub-Prior

Fr. Emmanuel de Cordova Praesentatus

Fr. Bruno ex Lamo Praed. Gen.

Fr. Marianus Josephus de Escobar M.

Fr. Joachim Figueroa S. Th. Lector

Fr. Thomas Collado Lector Philosophiae

Fr. Joseph Ramirez Lector Theologiae .

71 EPISTOLA XXXI.

Reverendissimi Provincialis Ord. Discalceatorum B. Mariae de Monte Carmelo
Provinciae Novae Hispaniae

BEATISSIME PATER

SANCTITATI VESTRAE , cuius suprema in Ecclesia potestas , et ad ejus provectionem indefessa cura in his dissitis Regionibus et patenter agnoscitur , et reverenter colitur , testatum facere censui quod vidi , quod perspexi , quod manus contrectaverunt meae de fama Ven. Servi Dei Fratris Antonii Margil Apostolici Regnantis Pontificia in regenda Ecclesia extima vigilancia , atque studium .

§. 65.

Dei gloriae , proximorumque salutis actus zelo magnam horum Regnorum partem Evangelicis praedicationibus circumcursaret : quae fidei rudimenta parvulis edocebat , quaeque monita salutis rudibus dabat , a parentibus ad filios transmissa , adhuc post tot temporis decursum , a pluribus memoriter retinentur , inter labrandum publice canuntur , et in Indorum luguriis devote recitantur . Quantum si horum omnium Magister a SANCTITATIS VESTRAE inlibili judicio inter Beatos adscriptus videatur , et fides , et pietas accepturae sint incrementum , SANCTITATIS VESTRAE discretioni existimo potius relinquere librandum , quam extollere meis rationibus conari . Quapropter ad SANCTITATIS VESTRAE pedes provolutus humiliter .

§. 66.

Apostolici Viri fructus etiam nunc perirent .


72 EPISTOLA XXXI.

pariter, et enixe rogaturus accedo, ut hujus Ven. Ser-
vi Dei Causa, quam coeptam feliciter conspeximus, a
SANCTITATE VESTRA perfecta conspiaciatur. In-
terim Omnipotentem Dominum deprecor, ut ad Ec-
clesiae suae decorum SANCTITATEM VESTRAM
servet incolumem. Datum Mexici decimo Kalendas
Maij MDCCXC.

BEATISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae pedes osculatur humillimus,
et obsequentissimus Servus

Fr. Emmanuel ab Annunciatione Provincialis
FF. Discalceatorum Beatae Virginis Mariae
de Monte Carmelo Provinciae Novae His-
paniae,



EPI-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

73 EPISTOLA XXXII.

Rmni P. Provincialis, totiusque Definitorii
Ord. B. M. V. de Mercede Redempt.
Captivorum Provinciae
Mexicanae.

PIO SEXTO

PONTIFICI MAXIMO

Ordo Beatae Mariae Virginis de Mercede Redemptionis
Captivorum Provinciae Mexicanae salutem
sempiternam desiderat..

Filiui tui de longe veniunt, BEATISSIME PATER,
ab Indiis scilicet occidentalibus usque ad Vaticanum
Romae, et ad Tuos Sacros Pedes provoluti, humiliiter,
sed enixe petunt, ut Causam Venerabilis Servi Dei An-
tonii Margil a Jesu benigne suscipias, et ad finem tan-
dem perducas pro tua pietate quam etiam nomine prae-
fers. Ultimi ejusdem Causae Processus ex commis-
sione Apostolica formati nunc redeunt ad Sanctam
Sedem, et in illis, ut speramus, satis superque consta-
bit de fama Sanctitatis, de Virtutibus, de Miraculis
que praedicti Servi Dei, ac proinde illius canonica San-
ctitatis declaratio cedet in honorem, et gloriam ipsius
Dei Omnipotens, in Religionis Christianae incre-
mentum, et Fidei Catholicae praeclarum testimonium

§. 67.
V. S. D. Beatificatio
Fidelibus profutura.

K

74. EPISTOLA XXXII.

§. 68.
Americae Apostoli

in his praecipue partibus Septentrionalibus, quae ve-
re sunt fines Orbis terrae, ubi exivit sonus praedicatio-
nis istius novi Apostoli, à Deo suscitati pro conversio-
ne Gentilium ad veritatem, et innumerabilium Pecca-
torum ad poenitentiam. Causa est communis totius
novi Orbis, sed valde peculiaris etiam Ordinis Mer-
cedis mille titulis, quos longum esset narrare:
propterea imploramus Clementiam tuam, et obsecra-
mus Te, SANCTISSIME PATER, ut implere digna-
ris Vota nostra, vota inquam colendi super Altaria
fidelem Servum Antonium qui tot labores incredibili
fortitudine, patientia, humilitate, et gaudio pro Dei
gloria, et Animarum salute toleravit. Mexici pridie
Kalend. Maii Anni Domini millesimi septingentesimi
nonagesimi.

BEATISSIME PATER.

Ad Sanctitatis Vestrae pedes minimi, sed ob-
sequentissimi Filii

Fr. Joseph Baez Provincialis

Fr. Gregorius Corte Definitor

Fr. Antonius Badillo Definitor

Fr. Joachimus Ramirez Definitor

Fr. Antonius Garzen Definitor

Fidem facio Fr. Josephus de Araujo Secretarius.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

75. EPISTOLA XXXIII.

Reverendissimi P. Provincialis aliorumque
PP. Ord. Redemptionis Captivorum
Provinciae Guatimalen.

BEATISSIME PATER.

Æquitatis motus, gratitudinisque impetus eo sa-
ne hujusce Redemptorum Guatimalanae Provinciae te-
nuitatem impulit, ut ad SANCTITATIS VESTRÆ
pedes accedere humillima decreverit, Sanctissime Do-
mine. Jamdudum Regnolarum nitida constanti tra-
ditione virtutum, miraculorum, caeterorumque cha-
rismatum Venerandæ memoriae Fratris Antonii Margil
a Jesu ad satietatem usque feliciter instructa, nihil illi
adeo faustum suspicabatur, quam illustrissimi viri Vir-
tutum palam paeconium texere, ipsiusque apud poten-
tissimum Dominum intercessionem exorare devote, in
conspectuque Fidelium, pro divinis acceptis illius in-
terventu muneribus, potentissimo Regi, hujus Regni
habitatoribus Novum Apostolum concedere dignato, re-
pendere grates. Interea amplissima Autoritate Vesta
ab istius Civitatis Ecclesiastica Curia supra Sanctita-
tem eximii illius viri finito Processu, tandem aliquan-
do voti compotem fieri (uti humiliter postulat) a VE-
STRA SANCTITATE firmissime expectat.

SANCTISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae humillimi Servi

K 2

§. 69.
America sui Apostoli
gloriam in terris de-
clarari ardenter expe-
ctat.

EPISTOLA XXXIII.

Guathimalae postridie Calendas Aprilis Anno
Domini MDCCXC.

Fr. Emanuel Ordoñez


Fr. Joannes Josephus Cordova

Fr. Simon Josephus Collado

Fr. Augustinus Mendoza

Fr. Marianus Joseph Lopez Rayon:

Fr. Felix Vaquera Secretarius.



EPISTOLA XXXIV.

Rmī Definitorii Vice Generalis
Ordinis Bethlemitici.

BEATISSIMO PADRE

BEATISSIMO PADRE

EL Definitorio Vice General de Belemitas de esta Santa Provincia de Nueva España por actual ausencia de su Prefecto General a nombre de toda la Orden Belemitica , y como miembro del Estado Ecclesiastico de estas Colonias Españolas , con el mas religioso respeto eleva alla consideracion de V. B. el universal incomparable anelo con que todos los habitantes de ellas esperan el dia felicissimo de la Beatificacion del Ven. P. Fr. Antonio Margil Religioso de la Orden Serafica , y la edificacion general , y frutos copiosissimos , que debe producir

I L Definitorio Vice Generale de Betlemiti della Provincia della nuova Spagna , per mancanza attuale ed assenza del suo Prefetto Generale , a nome di tutto l'Ordine Betlemitico , e come membro di queste Colonie Spagnuole con il più religioso respetto porge alla considerazione della S. V. l'universale incredibil desiderio , con cui gl' Abitanti delle medesime aspettano il felicissimo giorno della Beatificazione del Ven. Fr. Antonio Margil , Religioso dell' Ordine Serafico ; ed altresì l'edificatione generale , e

§. 70.
Religiosis Indorum
animis V. Antonii Cul-
tus plusimum pauidi-
us reboris allatur.

78 EPISTOLA XXXIV.

este dichoso logro en los
espiritus Americanos dociles
en extremo a las impresiones de Religion.

Esta felicidad, en que se
interesa no poco la Iglesia
Americana, y particularmente el Colegio Apostolico de Propaganda Fide de dicha Serafica Orden situado en la Ciudad de Zacatecas la graduan los Belemitas como propria: en cuja conseqüencia, y en la de hallarse concluidos los procesos por commission Apostolica.

A Vuestra Beatitud suplican con la major eficacia se
digne proceder a su acceptacion, y dedicar todos los esfuerzos de su piedad al
deseado progreso de esta
Causa. Gracia que esperan
merecer de la notoria benignidad de V. B.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
BEATISSIMO PADRE BEATISSIMO PADRE

frutti abbondantissimi, che
dovrà produsse un sì for-
tunato acquisto negl' animi
American, docili all'estre-
mo in cose risguardanti la
Religione.

Questa felicità, che
interessa non poco la Chie-
sa Americana, e partico-
larmente il Collegio Apo-
stolico de Propaganda
Fide del detto Serafico Or-
dine, esistente nella Città
di Zacatecas, li Bellemi-
ti la reputano, e risguarda-
no come propria. Per lo
che ritrovandosi terminati
li Processi fatti per com-
missione Apostolica, suppli-
cano con la maggior effi-
cacia la S. V., che si de-
gni d'accettarli, e d'im-
piegare la dilei somma pie-
tà nel bramato proseguimen-
to di questa Causa; gracia
che sperano di ricevere dalla nota bondà
della SANTITÀ VO-
STRÀ.

EPISTOLA XXXIV.

79

Fr. Domenico de Gua-
dalupe
Fr. Antonio de la M.
de Dios
Fr. Joach. de la Con-
cep.
Fr. Geronimo de S. Jo-
seph

Fr. Domenico di Gua-
dalupe
Fr. Antonio della M.
di Dio
Fr. Gioacchino della
Concezione
Fr. Girolamo di S.
Giuseppe

EPISTOLA XXXV.

*Rm̄i Vicarii Generalis Provinciarum
Ord. Hospitalaris S. Joannis de Deo
in Indiis Occidentalibus.*

SANCTISSIME PATER.

Tuae Beatitudinis obsequentissimus Filius in Christo, Frater Michael a Gaviola, Mexici Terrarumque Indiae Occidentalis Provinciarum Hospitalarii Ordinis B. P. N. Joannis de Deo Vicarius Generalis, Christianae pietatis permotus Zelo, Dei, Sanctorumque gloriae admodum cupidus, demissas TUAE BEATITUDINI preces populorum suis adjunctas benigne intueri queas sollicite et enixe quantum valet exposcit, ut citius quantum fieri possit, Americanis gentibus toties optatam, atque cunctorum expetitam votis Ven. P. Antonii Margilij Ordinis Minorum Canonizationem adeptam celebremus.

Hanc, inquam, demisse, et humiliter a TUA BEATITUDINE meo, et meae Religionis nomine oro, et exposco ad optimam Religionis, et Regularium Ordinum gloriam, et ut totius Trinitatis omnipotentia sit magis, et magis perspicua; quoniam a Solis ortu usque ad occasum lumen vultus ejus, (quod in omnibus statibus dat hominibus perfectionem, et omnem Virtutis perfectam agnitionem) infixum est tam enixe in dicto Venerabili.

Ex Margilii Beatificatione Regularium Ordinibus venamen-
tum accedit, Dei gloria misericordia.

Tuae

TUAE BEATITUDINIS ac SANCTITATIS sit digna vita ejus, ut miraculorum aprobatore (si justè debet fieri) istis Regionibus tam optata felicitate, adimpleatur gaudium, et meum meaeque Religionis in omnibus excellat.

Et ut Tua, BEATISSIME PATER, felicitas sit plena, Deus in via veritatis conservet, et vivificet, sicut humiliter orat tuus obsequentissimus Filius. Mexici quarto ante Kalendas Junii Anno Domini MDCC⁴ LXXX.

Vestrīs pedibus advolutus.

Fr. Michael Gaviola.

EPISTOLA XXXVI.

Rmni Provincialis totiusque Definitorii
Ordinis Minorum de Observantia
S. Francisci Provinciae
ALERE FLAMMAM VERITATIS Valentinae.

BEATISSIME PATER

Provincialis Minister cum Difinitorio Valentinae Provinciae Fratrum Minorum de Observantia SANCTITATIS VESTRAE pedibus humiliter pro volunti unanimiter exponunt, Venerabilem Patrem Fratrem Antonium Margil a Jesu, dum inter suos commoraretur, nedum vitae puritate, ac morum integritate, verum etiam Seraphici Instituti sedula, puraque Observantia mirandum satis exemplar apparuisse Virtutum. Ad Septentrionales postea Indianorum plagas, Deo afflante, vocatus, ut peccatorum ac Infidelium saluti pro singulari, quo aestuabat, animarum zelo provideret, incredibile ferme videtur quot labores pertulerit, quotque quantaque vitae incommoda, supernam hanc missionem expleturus, avidus exantlaverit. Noctes insomnes, indefessas peregrinationes, pedum nuditatem, assuua jejunia, innumera id genus alia veluti suae charitatis lenocinia atque oblectamenta reputans, vincula illisuper, carceres, verbera, mortem denique acerrimam, ut veritatem Evangelicam opere ac sermone ibidem firmaret, et Fidem catholicae suscipiat.

§. 72.
Adolescens in Patria Regari observantia fecerit.

§. 73.
Pro Christi nomine
vincula, verbera, morte
ardentis animo
conceptivit.

EPISTOLA XXXVI. 83

cam longe lateque propagaret, nedum non exhorruit, quinimo singulari animi aestu peroptavit. Ingens profecto peccatorum multitudo ad meliorem frugem ejus doctrina et exemplo redacta, innumeri penè Infideles ipsius opera sacro baptismatis fonte renati praeclari hujus Viri Zelum Apostolicum summopere commendare videntur. Ejusdem porro vitae puritas, atque omne genus Virtutum, necnon et miraculorum, quibus praefulsit, ubertas dulciter adeo et efficaciter ad se omnium oculos, et corda pertraxit, ut ubique Indianum atque Hispaniarum, inter Valentinos praesertim, Venerabilis Patris Fr. Antonii Margil a Jesu nomen post annos ab ejus obitu LXIV. cum dimidio celeberrimum etiamnum habeatur, eundemque propterea albo Sanctorum accenseri SANCTITATIS VESTRAE auctoritate Apostolica vehementer cupiant.

Quocirca idem Provincialis Minister, ac predicti Patres Difinitori Provincialiae Valentinae VESTRAM SANCTITATEM humiliter enixèque adprehendantur, ut absolutum auctoritate Apostolica super gestis, et Virtutibus hujus Servi Dei Processum ratum habere dignetur, et ad ulteriora ejus Virtutum, miraculorumque tentamina procedi decernat, ac demum Beatorum fastis ascribat. Mirabilem interea in Sanctis suis D. O. M. instanter exorant, SANCTITATEM VESTRAM diu incolumem servet, atque in totius Ecclesiae emolumentum plures uecatur ad annos. Valentiae Edetanorum in Conventu S. P. N. Francisci die XV. Martii MDCCXCI.

Ad pedes VESTRAE SANCTITATIS Apostolicam expetunt benedictionem Minores Servi

L. 2

§. 74.
Infideles innumeris 8.
Fonte regenerati, Pe-
catores ad Christum
adducti V. Viri zeli
monumenta.

EPISTOLA XXXVI.

Fr. Josephus Rico Minister Provincialis.
 Fr. Antonius Pico Pater antiquior.
 Fr. Vincentius Cors Pater immediatus.
 Fr. Franciscus Pastor Provinciae Custos.
 Fr. Nicolaus Goralbes Definitor pro S. Recollec.
 et Provincia.
 Fr. Vincentius Cabrera primus Definitor Pro-
 vincia.

Fr. Josephus Gonzalez Secundus Definitor.
 Fr. Antonius Irureta tertius Definitor Provineiae.
 Fr. Vincentius Julian quartus Definitor Pro-
 vinciae.

Loto Sigilli.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
 DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

EPISTOLA XXXVII.

Reverendissimi Provincialis Ord. Minor.
 Observantium S. Francisci Provinciae
 Mexicanae.

PATER SANCTISSIME

Supremus Paterfamilias ad suam excolendam vi-
 neam his in ultimis orbis partibus sitam, dignatus
 fuit provide saeculo decimo septimo immediate transa-
 cto Servum suum mittere Apostolici Praedicatoris mu-
 nere decoratum, Fratrem videlicet Antonium Margil a
 Jesu, familiae de Observantia Sancti Francisci filium,
 Apostolicum Missionarium, Tribunalis Fidei Commissarum,
 trium Collegiorum Fundatorem, Guardia-
 num, et demum Missionum de Propaganda Fide tota
 haec America Septentrionali Praefectum. Hic igitur V.
 Dei Famulus observantissimus Seraphici Divi Franci-
 sci Alumnus, et Apostolorum Successor, omnes has
 Provincias per summos labores, vitaeque pericula pe-
 netravit, lustravitque pene universas, atque integer-
 rimam vivendi normam in eorum incolarum animos,
 tum vitae sanctitate, ac exercitio virtutum, tum ver-
 bis penitus insculpsit, Fideique lumine irradavit Gen-
 tes immanitate barbaras, ac multitudine, locisque in-
 finitas. Innumera quoque Fidelium loca peragravit, in
 quibus ejus praedicatione, signis virtutibus, et
 exemplo, tanta obcaecatorum hominum multitudo ad
 viam poenitentiae fuit redacta, ut ad eorum confes-
 siones excipendas vix longum tempus sufficeret. Hu-

§. 75.
 Suprema, & Aposto-
 licâ munera per Mar-
 gillum egregie functa.

§. 76.
 Apostolorum successor
 extitit.

§. 77.
 Evangelica voce dou-
 mit barbaros, Pe-
 catosq; & perfidiosos
 via reuevit.

86 EPISTOLA XXXVII.

jus Ven. Servi Dei fama Sanctitatis heroicis virtutibus , miraculis , ac supernis charismatibus orta perpetuo viget , diffunditque sese quotidie latius . Beatificationis , et Canonizationis ejus , qui has in partes rudimenta Fidei , ac sanctitatis normam mirabiliter fovit , et auxit , omnium hujus novi Orbis Incolarum voluntates summopere sunt cupientes . Quapropter PATER SANCTISSIME pronus , et devolutus ad SANCTITATIS VESTRAE pedes , osculoque in eis libentissime posito , Minister Provincialis hujus almae S. P. Francisci de Observantia Eparchiae , Sancti Evangelii Mexici nuncupatae nomine ipsius humiliter rogit , ut benigne totius Americae votis annuas ad Fidei edificationem , majoremque gloriam Dei O. M. qui SANCTITATEM VESTRAM ad universalis Ecclesiae utilitatem in colum servet , et beatum faciat . Hoc in Conventu S. P. S. Francisci Mexicanae Civitatis xii. Kalendas Junii anni Domini MDCCXC.

Humillimus SANCTITATIS VESTRAE Servus .

Fr. Franciscus Garcia Figueroa .

87 EPISTOLA XXXVIII.

Reverendissimi Provincialis Ordinis Minor.

Observant. S. Francisci Provinciae
de Mechoacan in nova Hispania .

SANCTISSIMO D.N.

PIO SEXTO

PONTIFICI MAXIMO

BEATISSIME PATER .

Provincia Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli de Mechoacan Regularis Observantiae Sancti Francisci in Nova Hispania Americae Septentrionalis , quae dudum huic Apostolicae Sedi demissas exhibuit preces pro introductione Causae Beatificationis Ven. Servi Dei Antonii Margil Sacerdotis Professi ejusdem Ordinis , et Alumni Seminarii de Propaganda Fide in eadem Provincia nuncupati Sanctae Crucis de Queretaro , denuo supplices hasce litteras ad pedes SANCTITATIS VESTRAE mittit , humiliter per suum Ministrum Provincialem postulans , ut confectos in luce Orbis partibus auctoritate , et ex commissione Apostolica Processus super fama Sanctitatis , virtutibus , ac miraculis ipsiusmet Ven. Servi Dei , qui nunc una cum istis litteris , ac coeterorum status ordinum postulationi-

88 EPISTOLA XXXVIII.

bus, Urbem mittuntur, a Sacra Rituum Congregatione ad effectum praedictae Beatificationis in examen vocandi, SANCTITAS VESTRA benigne dignetur accipere, et suo infallibili iudicio comprobare, ut ipsa decernente, praedicto Dei Servo inter Beatos relato, liceat huic Provinciae, cuius extitit Filius, coeterisque Americae Populis, apud quos fama ipsius Sanctitatis quotidie augetur, publico cultu venerari Apostolicum Virum de ipsa Americana, immo de tota Ecclesia Catholica benemeritum, qui quoad vixit, tum Gentiles plurimos ad ejus sinum perduxit, cum Fideles populos hujusce vastissimae Regionis, assidua verbi Dei praedicatione, laboribus, ac non semel prodigiis, uti fama refert, supernis, ad Christianam pietatem accedit, et in ea optimis vitae exemplis confirmavit.

Hoc est, BEATISSIME PATER, quod infra scriptus Minister Provincialis humillimus SANCTITATIS VESTRAE Orator, suo, ac supramemoratae Provinciae nomine, demissa animi veneratione, suppliciter, et instantissime postulat, DEUM OPTIMUM MAXIMUM enixe rogans, ut Te, BEATISSIME PATER, diutius in columem reddat ad totius Ecclesiae sae decus, et incrementum. Datis in hoc S. Francisci Minorum Observantium Conventu Civitatis Queretarensis die 12. Januarii anni 1790.

BEATISSIME PATER.

SANCTITATIS VESTRAE pedibus sacratissimus provolatus eosdem humillime exosculatur
Fr. Antonius Fernandez Minister Provincialis
Mechoacanensis Provinciae.

§. 78.
De Christiana Rep.
Benemeritatu Christiana
ritu calendarus.

89 EPISTOLA XXXIX.

Rmni Provincialis Ordinis Strictioris Ob servantiae Discalceatorum S. Francisci Provinciae Mexicanae

SANCTISSIME PATER.

AD te igitur Patrem Patrum Pusillus Grex Sancti Didaci, Mexicana Discalceatorum Provincia, quia suo complacet Patri, a quo bona cuncta procedunt, accedit deprecatione, ut audire facias vocem tuam, vocem virtutis, vocem magnificentiae, in omnemque terram audiatur sonas, quo Apostolicum, Venerabilemque Patrem Antonium de Margil, inter Dei Santos, et Electos collocare digneris: Iste est BEATISSIME PATER, qui perfecit omnia, quae loquutus est ei Deus: Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est: Iste est, qui vitam mundi contemnens, permultas peragravit Provincias, per viacos, et plateas, centesimum colligens fructum in sudore, in patientia, in frigore, et nuditate verbum seminando Dei, per omnesque vias Petris sui ambulans, in humeros oves, quae fuerant periturae, portabat.

Ad Te ergo, BEATISSIME PATER, qui in Cathedra Petri sedes, supplices rogamus, ac petimus, ut nostras deprecations benignè suscipientias, et

M

§. 79.
Fidelis prudentisque
Servi, ac Evangelici
Operarii imago in
Margilio mirifice ex
pressa.

90. EPISTOLA XXXIX.

Venerabilem Antonium de Margil Sanctorum Fastis
adscribas. Da, BEATISSIME PATER, gloriam
Deo, Populis laetitiam, et tuis Fidelibus tuam San-
ctam, et Apostolicam Benedictionem. In hac Civitate
Mexicana xi. Kalendas Julii Anno Domini MDCCXC.

ALERE FLAMMAM
Sacratissimos SANCTITATIS VESTRAE deo-
sculatur pedes

Fr. Franciscus Marchante Vicarius Prov. Pro-
vinciae Sancti Didaci de Mexico.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

91. EPISTOLA XL.

Adm. Reverendorum Praesulum
Regularium Civitatis
Guadalaxariensis.

SANCTISSIME PATER.

M Agnus ille Dominus, qui in Servis suis mirabilis semper, atque laudabilis nimis nobis apparere aeterna sua bonitate minime dubitavit in tam abditis, dissitisque novi Orbis plagis mittere dignatus est Seruum suum, Deo, hominibusque, dilectum Fratrem videlicet Antonium Margil a Jesu, Valentiae oriundum, Seraphicae familiae de observantia S. Francisci filium, Apostolicum Missionarium, Tribunalis Fidei Ministerum delegatum, trium Collegiorum Fundatorem, ex Guardianum, et Missionum de Propaganda Fide tota hac America Occidentali Praefectum; ut esset Dei salus usque ad extremum terrae, contritis corde medetur, indulgentiam captivis praedicaret, clausisque aperitionem; insimul annum Domino placabilem anunciat, omnes lugentes consolaretur in omnem denique terram sonus ejus exiret, et verba ipsius in Orbis terrae fines resonarent; ut haec novae Galleciae Perillistris Metropolis iterum, atque iterum summo cum gudio testata est, atque in seipsa experta confitetur.

Quapropter supplices BEATITUDINIS VE-
STRAE deosculantes pedes Praelati Locales ipsius Ci-

M 2

§. 80.
Fidei integratit, et
incremento per Apo-
stolica munera stu-
duit.

§. 81.
Ad remotissimas us-
que terras vox Mar-
gilii pervenit.

92 EPISTOLA XL.

vitatis Guadalaxarensis, Sancti Patris Dominici nempe, Seraphici Patris Francisci, Doctoris Magni Augustini, Dei Genitricis Mariae de Monte Carmelo, Verbi parae de Mercede Redemptionis Captivorum, Hospitalitatis S. Joannis de Deo, et Regalis Nosocomii Sancti Michaelis Bethlemitarum Ordinis, humiliter rogant, exposuntque Beatificationis, et Canonizationis prosecutionem Fidelis istius Coelestis familiae Patris Servi, qui in diebus suis monstra idolatriae placavit, suffulsiit Domum, atque infatigabili praedicatione, et exemplo mirabili corroboravit templum.

Existimantes equidem hoc quam maxime ad Fideliū aedificationem, totius Populi Christiani utilitatem, maioremque gloriam conducere Dei Optimi Maximi, qui SANCTITATEM VESTRAM propter universalis Ecclesiae salutem incolumem servet, atque beatum faciat.

Datis in hac Civitate Guadalaxarensi die trigesima mensis Decembri Anni Domini millesimi septingentesimi octogesimi noni.

SANCTITATIS VESTRAE Filii addictissimi
Fr. Vincentius de la Peña Prior, et Vicarius
Provincialis Ord. Praedicator.

Fr. Antonius de Zamudio Guardianus.
Magister Fr. Joseph de Silva hujus S. Josephi
Collegii Rector.

Fr. Lamanuel a S. Joachimo Prior Carmelitanus.
Fr. Franciscus Davila hujus Mercédensis Con-
ventus Commendator

Fr. Emanuel Bonifacius a Nativitate Prior Ho-
spitalitatis

Fr. Joannes a Bethlem Praesul Nosocom. Regal.

93 EPISTOLA XLI.

Admodum Reverendorum Praesulum
Regularium Civitatis Vallisoletanae
in America.

SANCTISSIME PATER.

Praelati Regulares Vallisoletanae Urbis in America dum VESTRAE SANCTITATI per preces nostras praesto sumus, ad Beatificationem Seraphici Patris Alumni revera incliti Patris Antonii Margil gaudio summo adipiscendam, mittimus prodigia, quae per eum a Deo Optimo Maximo patrata sunt, aerumnas, calamitates, miserias, quas pro nomine Jesu aequo animo pertulit, atque animi ornamenta, quae illi singularia esse videntur: quia ista omnia Sanctae Romanae Ecclesiae Eborum Cardinalium, et Theologorum munus est proprium in examen reducere. Unum igitur nostrum est, quod scilicet, majori, qua possumus, veneratione, ex infallibili Authoritate Vestra velut ex penituario Veritatum praefati Dei Servi Beatificationem depromere acquiramus. Ita enim depromcamur enixe; et statim ac ipse Beatorum fastis ascribatur, VESTRAE BEATITUDINI, SANCTISSIME PATER, gratias quam maximas agemus. Interim Deum orantes, ut totius Ecclesiae bono vitam salutemque vestram quam diutissime sospitet, infrascripti Servi, et Sub-

93.
Aerumnas pro Ebori-
sto aequo animo tulerunt.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE COAHUILA DE Zaragoza

DIRECCION GENERAL DE BIBLIOTECAS

94 EPISTOLA XLI.
diti SANCTITATIS VESTRAE pedes humillime ex-
osculamur

Vallisoleti die 15. Dec. an. 1789.


P. Fr. Joseph la Rode Guard. Observ.

P. Fr. Augustinus a Salceda Guardianus.

P. Fr. Joseph Huerta Commendator

Fr. Isidorus de Roa Prior.

P. Fr. Joseph a Sma Trinitate Praesidens.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

95 EPISTOLA XLII.

*Admodum Reverendorum Praesulum
Regularium Civitatis Zacatecarum*

BEATISSIME PATER.

DEI omnipotentis gloria, mirabilis in Sanctis suis, olim novi hujus Orbis Incolarum corda permovit, ut ad Jesu Christi in terris vices gerentem proni, ac provoluti, orando, per litteras irent, ut quas mitabant humillimas preces, non pateretur irritas fore, cui utpote Dominici gregis, per universum Orbem diffusi, cura, et patrocinium superna dispositione mandatum, quorumlibet pia vota Fidelium, ad exauditionis gratiam, datum est libenter admittere. Rogabant igitur, postquam ad mortis occasum lacrymosa facie videre pertingere Virum utique Sanctitate famosum, Fratrem scilicet Antonium Margil a Jesu, Seraphici Instituti Sancti Francisci Cultorem, in Vinea Domini Operarium pervigilem, Collegiorum de Propaganda Fide Fundatorem egregium, qui Dei charitate flagrans animarum zelo exardescens, hujus mundi plagas operum, ac verbi sui lucibus, veluti sol radiantissimus per gyrum lustravit; nendum Fideles a vita devios ad meliorem frugem revocando, verum et infidelitatis barathro absortos, sacro Fonte tinctos sinui Ecclesiae aggregando: ut de plenitudine benignitatis Apostolicae, quando fieri posset, ad Orientem illum dignaretur redire: ut in Ecclesiae Coelo inter Santos relatus,

584.
Margil a Jesu
Sol Fidelium, &c In-
fidelium corda tra-
diuit.

94 EPISTOLA XLI.
diti SANCTITATIS VESTRAE pedes humillime ex-
osculamur

Vallisoleti die 15. Dec. an. 1789.


P. Fr. Joseph la Rode Guard. Observ.

P. Fr. Augustinus a Salceda Guardianus.

P. Fr. Joseph Huerta Commendator

Fr. Isidorus de Roa Prior.

P. Fr. Joseph a Sma Trinitate Praesidens.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

95 EPISTOLA XLII.

*Admodum Reverendorum Praesulum
Regularium Civitatis Zacatecarum*

BEATISSIME PATER.

DEI omnipotentis gloria, mirabilis in Sanctis suis, olim novi hujus Orbis Incolarum corda permovit, ut ad Jesu Christi in terris vices gerentem proni, ac provoluti, orando, per litteras irent, ut quas mitabant humillimas preces, non pateretur irritas fore, cui utpote Dominici gregis, per universum Orbem diffusi, cura, et patrocinium superna dispositione mandatum, quorumlibet pia vota Fidelium, ad exauditionis gratiam, datum est libenter admittere. Rogabant igitur, postquam ad mortis occasum lacrymosa facie videre pertingere Virum utique Sanctitate famosum, Fratrem scilicet Antonium Margil a Jesu, Seraphici Instituti Sancti Francisci Cultorem, in Vinea Domini Operarium pervigilem, Collegiorum de Propaganda Fide Fundatorem egregium, qui Dei charitate flagrans animarum zelo exardescens, hujus mundi plagas operum, ac verbi sui lucibus, veluti sol radiantissimus per gyrum lustravit; nendum Fideles a vita devios ad meliorem frugem revocando, verum et infidelitatis barathro absortos, sacro Fonte tinctos sinui Ecclesiae aggregando: ut de plenitudine benignitatis Apostolicae, quando fieri posset, ad Orientem illum dignaretur redire: ut in Ecclesiae Coelo inter Santos relatus,

584.
Margil a Jesu
Sol Fidelium, &c In-
fidelium corda tra-
diuit.

96 EPISTOLA XLII.

in perpetuas aeternitates invitaret ad gloriam, quos informarat ad vitam. Ratione censuit merito dignum ad tam pias, demissasque obsecrationes cunctarum gentium Supremus Parens, tum Clemens, Divina providentia Papa XIII, Clemens in Orbe dignus praedicari, faciles aures inclinare. Anno igitur a partu Virginis millesimo septingentesimo sexagesimo nono in lucem proditae fuerunt, quas unanimo corde inhibant, litterae remissoriales, et compulsoriae pro praememorati Servi Dei Causae introductione, proque sui processuum confectione, ne inconstanti hominum fallibili memoria, rerumque omnium tempore edace, ab hic habitantium mirabilium suorum testium aspectu, obliteratus prorsus recederet.

Verum cum multis transactis diebus, inscrutabili Dei Sapientiae judicio, Sanctaeque Romanae capitis experta solertia, in tanti ponderis rebus cogitato gressu petente, ad praesens non plena vota facta videantur; ardens populorum cura, qua sua pectora incalentia, atque in praedicti Dei Servi praeconia assidue, et merito ora laxantia, optatissimum diem venturum expectant, quo, si infallibili voce Antonius ad Sacras Aras ascenderit, honores in Ecclesia Sanctis Viris impensos, illi gaudentes libare contendent: haec ardens populorum cura, Deique praecipue Altissimi gloria, qua Praedececessores nostri juremerito ad suprainstantias tum sese moveri putarunt; haec mentes nostras, BEATISSIME PATER, nostras scilicet, Oppidi Zacatecanensis Regularium Praesulum nunc inducit, ac instat, ut ad Sacros VESTRAE SANCTITATIS pedes demisse proclives, attento vigilemus studio se-

§. 85.
Pro celando Margilio
incensa Populorum
curia

mel

97 EPISTOLA XLII.

mel, iterum, atque iterum a VESTRA efflagitandi BEATITUDINE, ut praedicti Servi Dei Antonii Margil a Jesu incoeptam Beatitudinis Causam, ex Tua edita Sede cunctis ex partibus undique aspicias, quodque ei meritum jure coelorum, certe contingit, omnes per Te dignoscamus. Hoc, coelo favente, de Tua fieri pietate sperantes manemus. Quod si jam factum viderimus, ingens nimium erit nobis de ejus felicitate laetitia, Petri Sancti venerandae Tiarae decus grandescet in auctum, ab eo sic honoratae, quem sic honoravit. Ac, quod omnia superexpectandum appetet, Altissimi Numinis ineffabilis gloria in cunctis Nationibus a solis ortu usque ad occasum sane laudabitur. Sic tui, BEATISSIME PATER, obsequentissimi filii filialis amoris vocibus, ac reverentiae efflagitamus: et ut noster vere Parens Clemens exaudire digneris, assidue Deum deprecamur, ut sicut PIUM te constituit, sic pie de coelo respiciat, ut Christianas oves bonus Pastor abunde pascens, vere PIUS in terra dicaris, usque dum cursum consumans, Petri fidem finaliter servans, coronam justitiae justus Judex tuo capiti reddat in illa die, qua te aeternaliter beat. Sic desideramus. In hoc S.P. Dominici Conventu Zacatecanensi tertio Kalendas Januarii Anni Domini MDCCCLXXXIX.

Vestros pedes deosculantur tui deissimissimi filii.

Fr. Josephus Naranjo Superior, atque Praesidens

Fr. Franciscus Nepomucenus Barragan Guardianus

Fr. Emanuel Escalera Prior

Fr. Josephus Martinez Comendador

Fr. Josephus Saavedra Prior

§. 86.
Petri Cathedra a
Margilli voce subla-
que honorata ab Ipsi
ad Aras evecto splen-
didius decorabitur.

N

EPISTOLA XLIII.

*Adm. Reverendorum Praesulum Regularium
Ordinum Civitatis Queretari.*

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO SEXTO
PONTIFICI MAXIMO
BEATISSIME PATER

Superiores Regulares infrascripti Monasteriorum Ordinum Mendicantium erectorum in Civitate nuncupata Queretaro Dioecesis Mexicanae in America Septentrionali SANCTITATIS VESTRAE pedibus pro volunti humiliter exponimus.

Quod cum confecti in his Partibus, plurium annorum decursu, autoritate Apostolica Processus pro Beatificatione Venerabilis Servi Dei Antonii Margil, nunc tandem per Portitorem ad hoc deputatum, Urbemmittantur, ut a Sacra Rituum Congregatione in examen vocentur, predicti Oratores, una cum horum omnium Populorum votis, opportunum judicamus enixe a SANCTITATE VESTRA postulare, ut eundem Dei Servum, quem pie credimus gloria, et honore a Domino coronatum, publico in Ecclesia cultu venerari permittat. Fama enim Sanctitatis predicti Venerabilis, apud has gentes in dies increbescit, Beatorumque cultu illum honorare in votis est, a quo pabulo

EPISTOLA XLIII.

verbi Dei saepissime enutritae ad virtutem, pietatisque studium fuerunt accensae. Etiamnum, BEATISSIME PATER, tota haec Civitas, sinitimique Pagus Ven. Virum austoritatibus, laboribusque Apostolicis attritum, et pene consumptum, vix è Barbarorum Regionibus reducem indefesse incumbere praedicationi. Indos, rudesque Eidei Mysteriis imbuere summa suavitate, et patientia, sacrasque confessiones excipere meminerunt. Maxima ex hinc devotio Populorum, reliquorumque status Ordinum erga Ven. Servum Dei, è cuius legitima per Apostolicum Oraculum inter Beatos recensione augeri pietatem in Deum, Neophytosque in Sancta Fide Catholica Romana confirmari speramus.

Ea propter, BEATISSIME PATER, a VESTRA SANCTITATE, idem quod olim ab Apostolica sua Sede Decessores in officio nostri, instantissime expostulamus, ut nimirum Dei Servum Antonium Margil, quem de hac Americana Ecclesia optime meritum propter Apostolicos in ea impensos labores conspicimus, VESTRAE BEATITUDINIS Decretis Beatum honoremus. Interim, BEATISSIME PATER, Deum Optimum Maximum summis precibus exoramus, ut BEATITUDINEM VESTRAM ad multos annos superstitem, ac incolumem reddat, ad totius Ecclesiae suae decus, et incrementum. Ex hac Civitate de Queretaro die 20. Januarii anni Domini 1590.

BEATISSIME PATER.

Sanctitatis Vestrae humillimi, et devotissimi filii, qui Sacros pedes deosculantur
Fr. Salvator Manzano et Oro Prae.Gen. Prior,
et Vicarius Provinciae Ord. Praedicator.

6. 87.
Margilli lades encor-
runt Populi, et Amer-
icana annuitat Ecclesie.

§. 88.
V. S. D. Cultus Neo-
phitos reborabit in
Fido.

EPISTOLA XLIII.

Fr. Joseph de Soria Min. Observ. S. Francisci
Guard.


Fr. Joseph Ruiz de Cárdenas Minor. Discalceat.
Guard.

Fr. Francisco Fries Prior Ord. Eremit. S.P.Au-
gustini.

Fr. Dominicus a S. Martino Prior Carmelit.

Fr. Ignatius Nava Prior Hospitalit.

Fr. Joseph Diaz Romero Ord. B.Mariae Virginis
de Mercede



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

®

§. 894.
Velint lucerna in Can-
delabro posita tecum-
irradiavit Americanum.

EPISTOLA XLIV.

Adm. Reverendorum Praesulum Apostolici
Collegii de Propaganda Fide S. Ferdinandi
Civitatis Mexici

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO SEXTO
PONTIFICI MAXIMO.

BEATISSIME PATER

Guardianus, et Discreti Apostolici Seminarii de Propaganda Fide Sancti Ferdinandi de Mexico SANCTITATIS VESTRÆ pedibus, qua decet animi demissione provoluti, humillimas preces prostrare audent, ut Processus in Causa Ven. Servi Dei Fratris Antonii Margil, olim in his partibus Missionarii, Apostolica auctoritate formati, quique ad Sacrum Rituum Congregationem examinandi transmittuntur, diu expectatum sortiantur exitum; licet nostra commendatione nullatenus egere videatur, Vir nempe, quem Deus commendat, qui zelo zelatus pro Domino Deo exercitium ejus gloriam in hac novi orbis Magna mirifice amplificavit. Apostolico namque ardore repletus, et Divina virtute suffultus, tamquam lucerna lucens, et ardens, peccatores ad poenitentiam reduxit, toepidos accedit, frigescentes inflammavit, justos ad ampliorrem justitiam evexit, omnes denique Christi Fideles heroicis suis Virtutibus aedificavit, et ad sui nedum.

102 EPISTOLA XLIV.

imitationem, sed et admirationem traxit. Testantur adhuc vestigia relicta, fragrantia videlicet odoris illius, de quo Apostolus; *Christi bonus odor sumus in omni loco*, memoria ejus in benedictione persistens, ut alia omittamus, quae recensere longum esset. Sed nec tanta egiisse, tot labores exantlasse inter Fideles contentus, Infidelium Regiones penetravit, ut sedentes ipsos in tenebris, et umbra mortis illuminaret, ipsorumque devios pedes in viam pacis dirigeret.

Hunc ergo virum, dilectum Deo, et Homini-
bus, BEATISSIME PATER, quem pio, humano
tamen judicio, credimus a Christo Domino gloria, et
honore coronatum in Coelis, enixe rogamus, ut ve-
stro Oraculo, cuius in ore verbum Domini verum est,
venerari liceat in terris similem factum in Gloria San-
ctorum, ut in ipso impleatur, quod dictum a Domi-
no est: *quicumque glorificaverit me, glorificabo eum.* Deum
autem Optimum Maximum, cuius vices SANCTITAS
VESTRA in terra gerit, summo affectu depreca-
mur, ut ad Ecclesiae universalis bonum diu incolu-
mem servet.

Dat. Mexici die decima nona Aprilis Anni 1790.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae Filioli, qui Sacros pedes af-
fectissime deosculantes Apostolicam bene-
dictionem expetunt.

Fr. Paulus Mugartegui Guardianus

Fr. Joannes Sancho Ex-Guardianus

Fr. Dominicus Galiana Discretus

Fr. Thomas de Pangua Discretus

Fr. Mariantus ab Olmedo Discretus

Fr. Matthias Antonius de Noriega Pro-Discretus

§. 90.
Sedentes in umbra
mortis Evangelii luce
illuminavimus.

103

EPISTOLA XLV.

Adm. Reverendorum Praesulum Apostolici
Collegii de Propaganda Fide S. Crucis
Civitatis Queretari.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO
PIO SEXTO
PONTIFICI MAXIMO
BEATISSIME PATER

Guardianus cum Discretis Apostolici Seminarii de:
Propaganda Fide Sanctae Crucis nuncupati in Civitate
Queretarensi D ocessis Mexicanae in America Septen-
trionali ericti, SANCTITATIS VESTRÆ pedibus
toto ore pronus demississime exponit:

Quod cum Processus, qui pro Ven. Servi Dei:
Antonii Margil Beatificatione multis jam ab hinc retro-
annis in his Americae partibus Apostolica conficieban-
tur auctoritate nunc tandem Urbem a Sacra Rituum
Congregatione trutinandi mittantur, Populorum vota,
ejusdem Ven. Servi Dei virtutum odor suavissimus spar-
sus, nostrisque omnium hujus Seminarii habitatorum,
ubi adhuc aedificatrix ejus vitae exempli respirare vi-
detur, gratissimi nexus coegeret, ut ad Apostolicam
tuam Sedem, è qua toti Dei Ecclesiae pietatis eximiae
splendoribus illuces, BEATISSIME PATER, suppli-
ces nos abiiceremus, non modo nostras, verum, et to-
tius hujus Septentrionalis Americae preces oblaturi, ut
per SANOTITATEM TUAM nobis omnibus liceat
eundem Ven. Dei Servum Antonium Margil Sanctorum

104 EPISTOLA XLV.

fastis adscriptum venerari. Quot vero hinc fidelibus
Populis in via veritatis usurae, quantorum votis satis
cumulatè fiet, hoc idem est, BEATISSIME PATER,
quod nobis dictu difficile censemus. Pietatis, enim,
in Deum ignes, quos dum vitam agebat mortalem in
cordibus plurimorum nunc vitae superstitione Fidelium
Vir eximius accedit, fuitque de ipsius ad publicae
venerationis legitima evictione fastigium violentius
exardescit: In primis vero Seminarii hujus alumnos,
quod ipse operis incepit prosequentes culturam ipsius
exempla contra omnes tribulationum impetus fortius
instruent, accendentque.

Haec sunt, BEATISSIME PATER, quae nos
ad SANCTITATIS TUÆ pedes accedere impule-
runt. Interea Deum Optim. Maxim., ut TE, BEATIS-
SIME PATER, in Sancta, et Apostolica Sede, qua
par fulges Diadematè summo coronatus ad plurimos
annos Ecclesiae suae Universali sauturum incolumem
reddat, sospitetque precamur. Datis Queretari ad Ka-
lendas Februarii An. publ. salutis 1790.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae humillimi, et devotissimi
filii, qui sacros Pedes deosculantur

Fr. Joannes a Lias Guardianus

Fr. Joannes Dominicus Arricivita Ex-Commis-
sarius, et Praefectus Missionum.

Fr. Joseph Antonius Bernad Ex-Guardianus

Fr. Riquardus Carthagena Ex-Guardianus

Fr. Antonius Losilla Discretus

Fr. Franciscus Miralles Discretus

Fr. Didacus Mendivil Pro-Discretus

Fr. Antonius Serra Pro-Discretus.

§. 91.
Patris gloria alumnos
filiique ad imita-
tionem accenderet.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

105

EPISTOLA XLVI.

Adm. Reverendorum Praesulum Apostolici
Collegii S. Mariae de Guadalupe
Civitatis Zacatecarum.

BEATISSIME PATER:

S Eminarium Apostolicum Deiparae Dominae nostrae,
vulgo de Guadalupe in Occiduo Americano nuncupatum
Regularis Observantiae S. P. S. Francisci prope Zaca-
tecanensem Civitatem Dioceses Guadalaxarensis si-
tum, diu à Ven. Patris Fr. Antonii Margilii a Jesu Zelo
eximio excogitatum, omni cura perquisitum, ac de-
mum supremis placitu Pontificio, Regioque consensu
obtentis enixè a fundamentis extructum, adeo tanto
viro, quo nullus illius Protoparens, vel Praesul pri-
mus extiterit, jure omni sese, et gratitudine merito
astrictum esse dignoscitur, veluti a quo in haeredita-
tem paternam, nedum sacrum, quod profitetur de
Propaganda Fide Institutum sartum tectum accepit;
verum et specimina egregia, quibus Missionarii Apo-
stolici toto hoc novo Orbe Fidelium pergrantes, ejus-
que praedicationis munera, aequè ac vestigia premen-
tes infirma ediscerent confirmare, disrupta consolida-
re, depravata convertere, et cunctis Christifidelibus
alendis verbum vitae in aeternitatis cibum dispendere
ab ipsomet acquisivit; quin etiam Ducem, et Comi-
tem Pater seipsum filiis primum in exemplar praebuit

6.91.
Omnibus Evangelicis
Operariis esse pra-
buit exemplar.

O

104 EPISTOLA XLV.

fastis adscriptum venerari. Quot vero hinc fidelibus
Populis in via veritatis usurae, quantorum votis satis
cumulatè fiet, hoc idem est, BEATISSIME PATER,
quod nobis dictu difficile censemus. Pietatis, enim,
in Deum ignes, quos dum vitam agebat mortalem in
cordibus plurimorum nunc vitae superstitione Fidelium
Vir eximius accedit, fuitque de ipsius ad publicae
venerationis legitima evictione fastigium violentius
exardescit: In primis vero Seminarii hujus alumnos,
quod ipse operis incepit prosequentes culturam ipsius
exempla contra omnes tribulationum impetus fortius
instruent, accendentque.

Haec sunt, BEATISSIME PATER, quae nos
ad SANCTITATIS TUÆ pedes accedere impule-
runt. Interea Deum Optim. Maxim., ut TE, BEATIS-
SIME PATER, in Sancta, et Apostolica Sede, qua
par fulges Diadematè summo coronatus ad plurimos
annos Ecclesiae suae Universali sauturum incolumem
reddat, sospitetque precamur. Datis Queretari ad Ka-
lendas Februarii An. publ. salutis 1790.

BEATISSIME PATER

Sanctitatis Vestrae humillimi, et devotissimi
filii, qui sacros Pedes deosculantur

Fr. Joannes a Lias Guardianus

Fr. Joannes Dominicus Arricivita Ex-Commis-
sarius, et Praefectus Missionum.

Fr. Joseph Antonius Bernad Ex-Guardianus

Fr. Riquardus Carthagena Ex-Guardianus

Fr. Antonius Losilla Discretus

Fr. Franciscus Miralles Discretus

Fr. Didacus Mendivil Pro-Discretus

Fr. Antonius Serra Pro-Discretus.

§. 91.
Patris gloria alumnos
filiique ad imita-
tionem accenderet.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

105

EPISTOLA XLVI.

Adm. Reverendorum Praesulum Apostolici
Collegii S. Mariae de Guadalupe
Civitatis Zacatecarum.

BEATISSIME PATER:

S Eminarium Apostolicum Deiparae Dominae nostrae,
vulgo de Guadalupe in Occiduo Americano nuncupatum
Regularis Observantiae S. P. S. Francisci prope Zaca-
tecanensem Civitatem Dioeceseos Guadalaxarensis si-
tum, diu à Ven. Patris Fr. Antonii Margilii a Jesu Zelo
eximio excogitatum, omni cura perquisitum, ac de-
mum supremis placitu Pontificio, Regioque consensu
obtentis enixè a fundamentis extructum, adeo tanto
viro, quo nullus illius Protoparens, vel Praesul pri-
mus extiterit, jure omni sese, et gratitudine merito
astrictum esse dignoscitur, veluti a quo in haeredita-
tem paternam, nedum sacrum, quod profitetur de
Propaganda Fide Institutum sartum tectum accepit;
verum et specimina egregia, quibus Missionarii Apo-
stolici toto hoc novo Orbe Fidelium pergrantes, ejus-
que praedicationis munera, aequè ac vestigia premen-
tes infirma ediscerent confirmare, disrupta consolida-
re, depravata convertere, et cunctis Christifidelibus
alendis verbum vitae in aeternitatis cibum dispendere
ab ipsomet acquisivit; quin etiam Ducem, et Comi-
tem Pater seipsum filiis primum in exemplar praebuit

6.91.
Omnibus Evangelicis
Operariis esse pra-
buit exemplar.

O

ad valde dissitas, et inhospitas terras Infidelium magnis impensis laboribus, imo quo periculosius eo quidem avidius, maximo cum discrimine vitae perlustrandas, ut miseros illos Barbaros in tenebris gentilitatis sedentes, et in umbra mortis, incolas, inhabitantes lumine Fidei perfundere sub vexillo Crucis in Ecclesiae Sanctae ovili, cui Tu, BEATISSIME PATER, praesides dignissime, mittere, et novas oves in dies vestris sacerrimis pedibus subiiciendas, Christo, et Tibi lucrifacere valerent.

Haec omnia cum jam pridem, vel maxime in causa fuerint huic Seminario Apostolico, ut praedicti Servi Dei Praesulis, ac Patris sui ad Beatificationis, et Canonizationis judicium a Te, tamquam a supremo in firmissima columna veritatis capite unicè expectandum, opus in Sacra Curia Romana solita formula inducere, et postulare, sibi ipsi jure optimo vendicaret, atque omnes in se curas, unum acciperet: eapropter Discretorium illius cunctis hujus septentrionalis Americae Populorum omnium votis vota sua adjungens, et per quam vehementer desiderans, ut quem de suo claustro in terris magna veneratione uti Sanctum omnes prosequuti fuerant, liceret in sacris ejus Altaribus dignum cultu exhibere; tot precibus iteratis, quot commendatitiae Iterae Principum, et Capitulorum Ecclesiaram, Clericalium Saecularium, et Religiosorum Coetuum, Regis Majestatis Senatum, atque etiam rei forensis caeterorum Tribunalium, quas per Postulatoris manus Causae ejusdem ad magnificum Vestrae Celsitudinis Tronum deferendas intendit, iterum humillime atque iterum majori, qua potest animi demis-

§. 93.
Barbarorum conve-
sionis per nova Semi-
naria contulit.

§. 94.
Fili Patrem ad Aras
euebi jure optimo fla-
gitant.

§. 95.
Publica rosa pro co-
lendo Margilio.

sione ad VESTRAE BEATITUDINIS pedes provolutam, eiusque toto corde osculum devotissime impertiens pro exauditionis gratia tuam benignitatem efflagitat, ut quo tempore opportunitas duxerit, molesque rerum undique ad Sanctam Sedem confluentum locum relinquit, Causa praememorata debitum progressum obtineat usque tandem Tu aliquando, PATER BEATISSIME, ad majorem gloriam Dei, laetitiam universalis Ecclesiae, novum SANCTITATIS VESTRAE ornamentum, Americae hujus populorum credentium solamen, et infidelium credulitatem, atque Ministerii Apostolici decus, et excitamentum de vestris plenitude, et benignitate Apostolica, Patris, Fundatoris, et Praesulis nostri cultum ad Aras publicum destinare digneris.

Faxit Deus, cujus interea Divinam Clementiam enixe deprecamur, quatenus diutissime vitam, et personam VESTRAE BEATITUDINIS universalis Ecclesiae ita exigenti incolumen sospitet, atque tueatur.

Seminarii Apostolici Guadalupensis Zacatecae Civitatis tertio Kalendas Januarii Anno Domini MDCCCLXXXIX.

BEATISSIME PATER

Pedem Sanctitatis Vestrae deoscurantur humili Servi, et obsequentissimi Filii

Fr. Michael a Jesu Maria Rada Guardianus

Fr. Joseph Patritius Garcia a Jesu his ex Guardianus

Fr. Emanuel de Sylva Ex-Guardianus

Fr. Antonius de Urbina Discretus

Fr. Ignatius del Rio Discretus

§. 96.
Multiplex utilitas
genus ex Margilio
Cultu Ecclesiae ob-
venturum.

Fr. Joannes Joseph de Aguilar Discretus

Fr. Joseph Franciscus Marianus Garza Discret.
Substit.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IN-

INDEX EPISTOLARUM

E xcmi Pro-Regis, ac Audientiae Mexici	pag. 1.
Excmae Regiae Audientiae Guathimalae	pag. 4.
Excmae Regiae Audientiae Guadalaxarae	pag. 6.
Rmni Archiep. Mexicanii	pag. 9.
Rmni Archiep. Guadalaxaren.	pag. 11.
Rmni Episcopi Durangen.	pag. 13.
Rmni Episcopi Nicaraguensis.	pag. 15.
Rmni Capituli Eccl. Metrop. Valentinae	pag. 18.
Rmni Capituli Metrop. Guathimalen.	pag. 21.
Rmni Capituli Cath. Guadalaxaren.	pag. 23.
Rmni Capituli Cath. Comajauen.	pag. 27.
Alia Ejusdem	pag. 29.
Rmni Capituli Cath. Chiapen.	pag. 30.
Alia Ejusdem	pag. 32.
Rmni Cleri Saecul. Zacatecani	pag. 33.
Rmni Capituli Colleg. SS. Joannis Bapt. et Evang. Urbis Valentinae	pag. 36.
Rmni Capituli Colleg. S. Mariae Guadalupen. Mexici	pag. 38.
Illmni Magistratus Mexicanii	pag. 41.
Illmni Magistratus Valentini	pag. 43.
Illmni Magistratus Guathimalen.	pag. 46.
Illmni Magistratus Guadalaxaren.	pag. 49.
Illmni Magistratus Durangen.	pag. 53.
Illmni Praefecti, ac Rect. Zacatecae	pag. 55.
Excellentissimae Universitatis Valentinae	pag. 59.
Ex-	

Fr. Joannes Joseph de Aguilar Discretus

Fr. Joseph Franciscus Marianus Garza Discret.
Substit.

REVISA

Aloysius Gardellini Sub-Promotor Fidei



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IN-


INDEX EPISTOLARUM

E xcmi Pro-Regis, ac Audientiae Mexici	pag. 1.
Excmae Regiae Audientiae Guathimalae	pag. 4.
Excmae Regiae Audientiae Guadalaxarae	pag. 6.
Rmni Archiep. Mexicanii	pag. 9.
Rmni Archiep. Guadalaxaren.	pag. 11.
Rmni Episcopi Durangen.	pag. 13.
Rmni Episcopi Nicaraguensis.	pag. 15.
Rmni Capituli Eccl. Metrop. Valentinae	pag. 18.
Rmni Capituli Metrop. Guathimalen.	pag. 21.
Rmni Capituli Cath. Guadalaxaren.	pag. 23.
Rmni Capituli Cath. Comajauen.	pag. 27.
Alia Ejusdem	pag. 29.
Rmni Capituli Cath. Chiapen.	pag. 30.
Alia Ejusdem	pag. 32.
Rmni Cleri Saecul. Zacatecani	pag. 33.
Rmni Capituli Colleg. SS. Joannis Bapt. et Evang. Urbis Valentinae	pag. 36.
Rmni Capituli Colleg. S. Mariae Guadalupen. Mexici	pag. 38.
Illmni Magistratus Mexicanii	pag. 41.
Illmni Magistratus Valentini	pag. 43.
Illmni Magistratus Guathimalen.	pag. 46.
Illmni Magistratus Guadalaxaren.	pag. 49.
Illmni Magistratus Durangen.	pag. 53.
Illmni Praefecti, ac Rect. Zacatecae	pag. 55.
Excellentissimae Universitatis Valentinae	pag. 59.
Ex-	

110

- Excmae Universitatis O. SS. Mexici pag.61.
Excmae Academiae Guathemalen. pag.63.
Rmni Provincialis Ord. S. Augustini pag.65.
Rmni Provinc. Ord. Praed. Mexici pag.67.
Rmni Provinc. Ord. Praed. Guathimalae pag.69.
Rmni Prov. Ord. Disc. B. M. de Monte Carmelo pag.71.
Rmni Prov. Ord. B. M. V. de Mercede Prov. Mexic. pag.73.
Rmni Prov. Ord. Redemp. Capt. Guathimalae pag.75.
Rmni Definitorii Ord. Bethlemitici pag.77.
Rmni Vicarii Gen. Ord. S. Jo. de Deo pag.80.
Rmni Provinc. Min. de Observ. Valentiae pag.82.
Rmni Provinc. Min. de Observ. Mexici pag.85.
Rmni Provinc. Min. de Observ. Prov. de Mechaocan. pag.87.
Rmni Prov. Min. Strictioris Observ. Mexici pag.89.
Adm. Rev. Praesulum Regul. Guadalaxarae pag.91.
Adm. Rev. Praesulum Regul. Vallisoleti in America pag.93.
Adm. Rev. Praesulum Regul. Zzocatecas pag.95.
Adm. Rev. Praesulum Regul. Queretari pag.98.
Adm. Rev. Praesulum Collegii S. Ferdinandi Mexici pag.101.
Adm. Rev. Praesulum Collegii S. Crucis Queretari pag.103.
Adm. Rev. Praesulum Collegii S. M. Guadalupen.
Zzocatecae pag.105.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®



BX4705
.A5
I4

T4

40106
PEVT

AUTOR

IGLESIA CATOLICA. PAPA...

TITULO

Epistolae ad sanctissimum...

FECHA D

NOMBRE DE LECTORES

